

878

P1673



~~P18Cp II 73~~

P18Cp II 53:1

~~6382~~



A  
C

7





Георгій II. Бранковичъ послѣдній  
Деспота Сербїи.

~~211 А 1 Р II 673~~

# ПРИБАВЛЕНІЕ

содержащее


Важная письменная Доказательства

къ

изясненію

ИСТОРИИ СЛАВЕНСКІХЪ

НАРОДОВЪ.



*[Handwritten signature]*

---

СА 165 А 7 9 5



Диплома пошвердипелная Георгіа Ракоціа, Кня-  
зя Трансилванійскаго 28. дня л. 1656. Сав-  
вы Бранковичу Мишрополіту православно-  
му вѣ Трансилваніи дарованна.

Nos GEORGIUS RAKOCI Dei Gra-  
tia Princeps Transylvaniae, Partium Regni  
Hungariae Dominus, & Siculorum Comes:  
Memoriae commendamus tenore praesentium  
significantes, quibus expedit Universis: Quod,  
cum Honorabilis *Szava Brankovitsch & Co-  
renitsch*, ab admodum Reverendo Viro *Geor-  
gio Isulai* Universarum in Regno Transylva-  
niae Ecclesiarum Orthodoxarum Superinten-  
dente, Albenfis vero Concionatore singulari  
quadam intercessione commendatus Nobis  
fuerit de ejus modestia, vitaeque integritate,  
ac eruditione, in suae Religionis professione,  
eoque nomine assecurationem a Nobis de E-  
piscopatu Albenfis Transylvaniae, Hunya-  
diensis, Zoriniensis, Binoriensis, Zarandien-  
sis, Krasznenfis, Szolnok Mediocris, & In-  
terioris Dobocensis, Colosiensis, Thordensis,  
de Kukollo, & Maramaros Comitatum: Ko-  
variensis, Bistriciensis, & Belengesiensis Di-  
strictuum. nec non Universarum Sedium Si-

cu-



culicalium, & Saxonicalium inter Græcos, Rascianos, & Valachos, sibi a Nobis conferendo, consecutus sit: Eidem itaque *Szavæ Brankovit & Corenit* Univerſarum Eccleſiarum in prædictis Regni Noſtri Tranſylvaniae, & partium Hungariæ eidem annexarum, Comitatus, Diſtrictibus, & Sedibus Siculicalibus, ac Saxonicalibus, inter Græcos, Rascianos, & Valachos exiſtentium Episcopatum, illarum videlicet, quæ Græcam ſequuntur Religionem, dandum & conferendum, atque in eodem Episcopatu ipſum confirmandum duximus: Dantes & concedentes eidem *Szavæ Brankovit & Corenit* plenam atque omnimodam in Eccleſiis, ſeu prænaratis Diæceſibus ſuis Iurisdictioni ſuæ ſubjectis, ea omnia, quæ muneris ſui fuerint, rite & legitime peragendi, exequendi, Eccleſias viſitandi, moderandi, cauſas matrimonii cognoscendi, errata miniſtrorum vitæ diſſolutæ corrigendi, doctrina, pietate, & morum integritate munus Eccleſiaſticum adminiſtrandi, perſonas habiles aſſumendi, minus vero idoneas rejiciendi, & alia quæcunque ad ſuam pertinent, vocationem juxta morem & Conſuetudinem, quæ tamen divinæ Doctrinæ contraria ne ſint, adminiſtrandi, & ſuis legitimis proventibus ac redditibus fovendi, iis nimirum, quibus alii Eccleſiarum Græcorum, Rascianorum & Valachorum Superintendentes prædeceſſores anti-

quitus introductis, usi sunt, a singulis item pa-  
 storibus, seu Sacerdotibus, ac etiam Seniori-  
 bus, seu Protopopis Ecclesiarum Valacha-  
 lium, seu Græcarum in præallegatis Comita-  
 tibus, Districtibus, & Sedibus Siculicalibus,  
 ac Saxonicalibus census annuatim pendi soli-  
 tos exigendi potestatem: prout damus, con-  
 ferimus, & confirmamus præsentem per vi-  
 gorem. Quo circa vobis fidelibus Nostris,  
 Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Gene-  
 rosis, Egregiis, & Nobilibus, Comitibus, Vi-  
 ce-Comitibus, Iudicibus Nobilium; Item Ca-  
 petaneis, Vice-Capetaneis, Iudicibus Regiis,  
 Præfectis, Provisoribus, & Castellanis, nec  
 non Prudentibus, & Circumspectis Magistris  
 Civium, Primariis & Regiis, ac Sedium Iudi-  
 cibus, quorumcunque Comitatum, Bihor,  
 Maramaros, Civitatum, Districtuum (maxime  
 Belenyensienfis) Sedium Siculicalium, & Sa-  
 xonicalium, jam antea nominatorum, moder-  
 nis scilicet, & futuris quoque pro tempore con-  
 stituendis, vel vices eorum gerentibus; Cun-  
 ctis etiam aliis, quorum videlicet interest,  
 seu intererit, tam Ecclesiasticis, quam sæcu-  
 laribus, præsentium notitiam habituris, ha-  
 rum serie firmiter committimus, & mandamus,  
 quatenus præfatum *Szavam Brankovit & Core-  
 nit* dictarum Ecclesiarum Valachalium, Græ-  
 corum, Rascianorum, & Valachorum in sæpe  
 dictis Comitatus, Districtibus, ac Sedibus  
 Si-

Siculicalibus & Saxonicalibus existentium Superintendentem, sive Episcopum agnoscere, atque eundem admittere, omnibus in Locis libere versari, ire, & redire permittere, imo etiam officiis, & subsidiis eidem adesse debeat, & teneamini, ut Ecclesiis suis invigilet publice, eas visitet, curet, moderetur, in suoque officio legitime procedat, scandala corrigat, & excedentes quosque tam Pastores & Seniores, quam Sæculares digna pæna afficiat, in ordinem redigat, atque ea, quæ ad censum ejus attinebunt, jure mediante puniat, ac legitimos Proventus suos percipiat, ut impensas pro libris lingua Ecclesiarum, quibus præest, vernacula excudendis, scholis sustentandis, ac honorario Nostro, ab antiqua consuetudine Principibus Transylvaniae tribui solito, sufficientes habere possit, eos nimirum, quibus alii Ecclesiarum, Græcorum, Rascianorum, & Valachorum Superintendentes sive Episcopi antiquitus introducti, usi sunt, a singulis Pastoribus, seu Sacerdotibus, & Senioribus seu Protopopis Ecclesiarum præmissarum, in antea dictis, & nominatim specificatis Comitatibus, Districtibus, ac Sedibus Siculicalibus, & Saxonicalibus exigere, prosequi, percipere valeat, ac possit. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præsentibus Litteras Nostras pendentis & Authentici

Sigilli Nostri munimine roboratas, & com-  
munitas memorato *Szavae Brankovit*, & *Co-*  
*renit* clementer dandas duximus, & conce-  
dendas. Datum in Castro Nostro Colos-  
Monostor die 28. Mensis Decembris Anno  
Domini 1656.

*Georgius Rakoczy m. pr. (L.S.)*

---

Посланіє Ладислава Чакій Константіну Бран-  
ковану изъ Константінополя подъ 21. Ав-  
густа 1681.

Яснѣйшій Господарь Константінъ Бранкованъ  
» Превозвышеннаго Князя Трансилванскаго Кан-  
» шакузина Шербана Полномощникъ возжелѣвъ  
» отъ насъ, яко да Законъ ихъ свободное по  
» древнему подобію упражненіе имѣти возмо-  
» жетъ, благообозришель же Господинъ Ми-  
» трополітъ прозываемый Савва отъ нынѣш-  
» няго Апафина пуранскаго правительства непо-  
» винно ятъ и во узахъ содержимый на прежнее  
» свое званіе да возвратится съ цѣлимъ возоб-  
» новленіемъ уврежденныя чести: Егда убо до-  
» стойная взыскующему, праведно есть согла-  
» сіе даши; Божіе бо достояніе есть надъ ду-  
» шами господствовати, ниже силамъ человѣче-  
» скимъ

„скимъ данно естъ, тая препираши или пре-  
 „вращати. Опцевъ предъбли кто можешъ  
 „преступати? Туранское бѣшенство Законъ  
 „смущаваешъ, миренъ же и цѣломудренный ра-  
 „зумъ благоуспрояешъ. Сего ради мы низу  
 „подписавшіися общаго Мира и Дражайшаго О-  
 „печествія Трансилванскаго Епископы за па-  
 „мятованіе даемъ, имже надлежитъ, всѣмъ, да  
 „аще Богу благопоспѣшествующу, якоже упо-  
 „ваемъ, пожеланный конецъ достигнути возмо-  
 „жемъ, Законъ православный общерекомый Вла-  
 „хійскій съ древними своими обряды и свобод-  
 „нымъ упражненіемъ по Канонамъ Опечествія  
 „уживати, и аще бы кая прошиву ихъ воли въ  
 „своихъ си предъблехъ приѣснена обрѣлася,  
 „предъ державнымъ сонмищемъ на первобыт-  
 „ную волность да возстановяшся, удѣйство-  
 „ваши будемъ; Митрополита или Владыку Сав-  
 „ву съ полнымъ возвращеніемъ чести на перво-  
 „бышное достоинство и съ полною властію  
 „воспоставити, и прошиву коихъ ли бо непра-  
 „ведно нападающихъ, яко въ Законѣ, тако и  
 „въ свободномъ Упражненіи и ихъ обрядахъ за-  
 „ступати будемъ. Сверху соблюденія сихъ  
 „Святою Христіанскою вѣрою обвязуемся, о-  
 „бычною печатію и подписомъ соупверждающе  
 „дѣлано въ Константинополи дне 21. Августа,  
 „лѣта 1681.

(М. П.) *Ладиславъ Чаки.*

(М. П.) *Христофоръ Пашко.*

По-

Посланіє Ладислава Чакій Конспантіну Бранковану изъ Конспантінополя подъ 21, Августа 1681.

Illustrissimus Dominns **CONSTANTINUS BRANCOVANY** Celsissimi Principis Transylvaniensis Cantakuzeni Sorban Plenipotentiaris expetiit a nobis, ut Religio eorundem liberum more antiquorum haberet exercitium, circumspectus autem Dominus Metropolita Sava nuncupatus, & a moderno Apasio tyrannico Gubernio innocenter captivatus, pristino restitueretur officio, cum redintegratione profuturi honoris. Cumque digna petenti merito assensum sit; Dei est peculiū super animas dominari, nec humanis ea præpedire, vel antevertere concessit. Patrum limites quis transgredi potest? Furor Tyrannicus Religiones turbat, quieta sanans redintegrat. Nos itaque infra scripti publica pacis ac charæ Patriæ Transylvaniæ Curatores damus pro memoria, quibus expedit, Universis, quod si Deo favente, ut speramus, optatum finem assequi poterimus, Religionem Orthodoxam, vulgo Vallachicam ab antiquo solitis cerimoniis, eos uti, cum libero exercitio secundum canones patriæ, & si

quæ

quæ contra voluntatem eorum in suis terminis oppressa forent, coram Regno pristinae libertati restitui efficiemus, Metropolitanam seu Vladikam Szavam cum plena restitutione honoris, pristino officio uti cum plena autoritate, elaborabimus, & contra quosvis illegitimos impetitores tam in religione, quam in libero exercitio ac ceremoniis, iisdem patrocinabimur. Super qua retinenda sancta christiana fide nos obligamus hisce præsentibus, usuali Sigillo ac subscriptione corroboramus. Actum Constantinopoli die 21. Augusti Anno 1681.

*Ladislaus Csaky (L.S.)*

*Christophorus Pasko (L.S.)*

Посланіе Чакійно кѣ Бранковичу. Кни. V. лист.  
1643.

En Czáky László esköszem az élő Istenre, ki Atya, Fiu, szent Lélek tellyes sz. háromság, egy bizony örök Isten, hogy Tekéntetes, Nemzetes Brankovics György Uramtól ötsémtul semmi ödüben elnem szakadok, életemet, halálomat, jó szerencsimet, szerentsétlenfégemet velle most öszve kötöm az Közjót ő kegyelmével egy értelembül nevelem, Elenségivel semmi szinek alatt nem colludalok,

lok, jó és gonosz Szerencsében melölle el nem állok, velem Közlendő dolgokat titokba tartom s-promoveáлом. Mind ezeknek megállára Isten engem úgy segéllyen; és úgy adgya Lelkem ödveségít, minden æquivocatio nélkül magamat Kötelezem subscriptionnal és pecsétemmel erősítvén Constantinopoly 15. Septem. 1681. Idem qui supra. (L.S.)

---

Диплома Деспоту Бранковичу еще въ Виеннѣ  
обрѣтающуся милоспиво данна бысть въ  
сей силѣ:

Во первыхъ признаетъ и утврждаетъ Его быти *Графомъ*, сіестъ Великимъ Жупаномъ природнымъ, и шоль высокопохваляя, исчисляетъ Предки Его, глаголя: яко отъ Племене и Лозы Его преславніи Крали бывали, яко Босанскіи, Сербскіи, Болгарскіи, Далмапійскіи, иніи же и Хорватскіи, пачеже всей воспочной области Господспвующіи. Иніи благо - и велико знаменныхъ дѣйствій ради, Священноримскія Имперіи Князей шиплою почпены быша. Между инѣми цѣломудренный и мужеспвеннѣйшій Волхъ Бранковичъ отъ Подгорице древный дѣдичный, Херцеговине, Срему и Іенополю (въ нейже Влашка и Бачка заключаются) вѣчный былъ Господарь. По шомъ много похваляя добродѣтели Предковъ Его, храбрости и великодушія, шаже

и сего Георгіа Бранковича отъ Подгорице, и  
 вся Его законныя Потомки обоего Пола вѣч-  
 нымъ уставомъ великаго Жупанства, нѣмец-  
 кимъ Языкомъ тако называемою шиплою Гра-  
 фомъ Сіяшелнѣйшимъ и великоможнѣйшимъ наи-  
 менова и пошверди, и въ Число прочіихъ Графовъ  
 Римскія области сущымъ причте, и Графамъ по-  
 добными волноспми учреди и одари. А яко да  
 сіе достоинство и честь вѣчнопочтенна и  
 всѣмъ извѣспна была бы, милоспиво благоизво-  
 ли знаменія въ Печати Ему дарствовати на воен-  
 номъ Щитѣ на четверо раздѣленнымъ Орла  
 двоеглавнаго Царскими Діадімами увѣчана съ  
 прочими тамо принадлежащими украшеніями. И  
 не почію Ему, но и всѣмъ Его Племене въ предѣ  
 быши имущымъ, поюже печатію свидѣтел-  
 ствоватися во всѣхъ честныхъ потребахъ поз-  
 волено естъ. Къ сему еще Потомки Его отъ  
 всякія подаши, насилспвія, служби, и симъ по-  
 добныхъ, якоже и иніи природны Графи сво-  
 бодны да пребудутъ. Издавна сія Граммаша  
 чрезъ Петра Коромпани Епископа Нипрійскаго  
 и Великаго Канцлера съ подписою Его Величе-  
 спва Великаго Леополда, и печатію, тако из-  
 воляющимъ всѣмъ Чиновомъ и Сановникомъ  
 Унгарскаго Кралѣвства, пошверждена въ лѣто  
 помянутое 1688. дне 10. Мѣсяца Септемврїа.  
 И паки другою Граммашою л. 1692. второе по-  
 шверждена и закрѣплена вѣчно.

Nos **LEOPOLDUS** Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Slavoniæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumania, Bulgariæque &c. Rex, Archidux Anstriae, Dux Burgundiæ, Brabantia, Styria, Carinthia, Carniolia, Marchio Moraviæ, Dux Luxemburgæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Thekæ Princeps, Sæviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alfatia, Marchio sacri Romani Imperii, supra Anasum Burgoviæ, ac utriusque Lusatia, Dominus Marchiæ Slavonica, Portus Naonis & Salinarum &c.

Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit universis, quod **Communitas Nationis Rascianæ**, seu græci ritus, defacto in fidelitate, ac sub Cæsareæ Regia protectione nostra persistens, uti & **Spectabilis ac Magnificus Comes Georgius Brankovich de Podgoricza**, pariter ejusdem nationis medio dimissi eorundem memorialis per certos suos ad Augustam Aulam nostram deputatos porrecti Nobis exponendum curave.

verint hunc in modum. Qualiter ipsi paribus certarum duplicis ordinis benignarum litterarum nostrarum privilegialium, & primarum quidem super honore Baronatus, ac simul certæ avitæ hereditatis per *Volfgangum* olim *Brankovics Podgoriczensem*, alias ab Augusto olim Romanorum Imperatore gloriosissimæ memoriæ *Carolo Magno* sacri Romani Imperii Principis titulo condecoratum, ac deinceps per alios quosque sub nomine *Volfgangi Brankovichios* usque ad ultimum *Georgium* pariformiter *Brankovich*, ultimi itidem *Volfgangi* nominati Filium (uti perhiberetur) tentæ ac possessæ confirmatione pro parte supra fati Comitis *Georgii Brankovich* in anno domini Millesimo sexcentesimo, octuagesimo tertio; aliarum vero sive secundarum super titulo Comitis ejusdem in subsequenti exposit Millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo jam præteritis emanatarum, ac in prothocolis, seu libris regiis de more & consuetudine Cancellariæ nostræ Hungaricæ Aulicæ insertarum, inscriptarumque, & repositarum, proprium suorum cautela, majori item ac evidentiori erga præfatum comitem, & consequenter gentem ac nationem ipsorum græci ritus declarata eatenus gratiæ nostræ testimonio plurimum indigerent, essentque necessarii. Supplicantes Majestati nostræ debita cum instantia humillime, quatenus præattactarum binarum

rum litterarum nostrarum privilegialium tenorem in anterecensitis protocollis sive libris regiis perquiri facere, ac in transumpto aliarum litterarum nostrarum iisdem supplicanti- bus dare, & concedere dignaremur. Quarum quidem litterarum in ordine primarum tenor sequitur in hunc modum. **LEOPOLDUS** Divina favente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Slavoniæ, Ramae, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumanæ, Bulgariæque &c. Rex. Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiae, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgi, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Thekæ, Princeps Sveviæ. Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiae, Marchio sacri Romani Imperii supra Anasum Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiæ, Slavonicae, portus Naonis & Salinarum. &c. Tibi fidei nostro nobis dilecto nobili ac generoso *Georgio Brankovich* salutem, & gratiæ, clementiæque nostræ Cæsareæ ac Regiæ continuum erga te incrementum. Quoniam inter eas ingenii animique dotes, quibus reges ac principes, & rerum publicarum moderatores insignitos esse convenit, nostra quidem sententia hæc vel imprimis videntur connumerandæ,

ut

ut quos & virtutum agmine munitos, & rebus præclare gestis insignitos, aut in futurum gerendis quibusvis negotiis aptos & idoneos, ac insuper fide, atque sinceritate spectatos agnoscunt, eosdem gratia sua fovendos, novisque dignitatibus, titulis, ac honoribus condecorandos arbitrentur, ut ejusmodi beneficiis excitati non modo illi alacriores, & ad quævis fidelitatis specimina obeunda promptiores reddantur, verum reliqui quoque talibus propositis muneribus, & præmiis allekti, omne studium & industriam eo convertant quatenus Principibus quibusvis virtutibus, & præclaris factis suis, quam acceptissimi esse mereantur. Hoc enim boni vel maxime summa Regum & Principum fastidia in antecellendis privatis hominibus obtinere videntur, quod eorum probatis & benemeritis viris ac subditis largiendi, remunerandique, cohonestandi facultas sit uberior, nulla namque est virtus, quæ in reconciliandis hominum animis, augendisque studiis Principum munificentia sit præstantior. Hinc apud priscos orbis terrarum Rectores, qui ab ortu & occasu Imperii metiebantur terminos, nihil benignitate, nihil munificentia aut frequentius aut antiquius habebatur, quo eorum laus & gloria, quæ in viris benemeritis honore & dignitate cumulandis quam maxime fulgere soleret, longe lateque propagaretur. Quibus

rationibus nos quoque inducti, & Majorum nostrorum in hoc genere laudis vestigia sedulo studioseque sectantes, te *Georgium Brankovich*, qui tum ab insignibus animi dotibus, solertia, industria, fidelitate, prudentia, & judicii maturitate, tum vero a natalium splendore summe laudatus, nobisque commendatus extitisti, ex ea siquidem familia te originem trahere percepimus, quæ olim in tanto flore, existimationeque ac celebritate fuerat, ut non nulli ex eadem in sublimi Regiæ dignitatis culmine collocati, Bosnia, Bulgaria, Dalmatiæ, alii Croatia, ac universonum Illyrici regnorum imperio, atque dominatu potiri, quidam vero ob insignia talenta sua, rarasque qualitates, & præclara quæque facinora, sacri Romani Imperii Principum titulo ab Augustissimis olim Romanorum Imperatoribus, signanter vero gloriosæ reminiscentiæ, *Carolo Magno* condecorari, ac inter cæteros singularis sane fortitudinis, prudentiæ, dexteritatis ac solertiæ Vir *Volfgangus Brankovich Podgoriczensis*, hæreditarius Herczegovina, Syrmia, & Ioanopolis Districtuum Dominus, ea præbuit eximiarum qualitatum, virtutumque specimina, ut harum intuitu, in realis & actualis prælibati sacri Romani Imperii Principis honorem sublimari meruerint. Te inquam *Georgium Brankovich* ac per te *Szavam* pariter *Brankovich* fratrem tuum carnalem, &

ute.

uterinum, hæredes item ac posteritates tuos utriusque sexus universos, masculos, & fæminas in futurum & in infinitum nascituros ex certa nostra scientia, motuque proprio, ac animo deliberato, non solum in ordinem & numerum, coetumque ac consortium verorum & indubitatorum Regni nostri Hnngariæ liberorum Baronum evehendos, aggregandos, annumerandos, & cooptandos, verum etiam in hæreditate suprafatorum Herczegovinæ, Syrmiaë, & Ioanopolis districtuum, qua antelatus olim *Volffgangus Brankovich Podgoriczensis*, gavifus fuisse perhiberetur confirmandos & ratificandos esse duximus. Et quidem vel ex eo etiam hanc benignitatis nostræ propensionem, & singularem gratiam erga te *Georgium Brankovics* prænominatumque fratrem tuum jam liberos Barones nominatos, & creatos exhibere & declarare voluimus, quo vestro exemplo, aliis etiam fidelibus subditis, nostris & extraneis quibusvis, præcipue vero hæredibus, & posteritatibus vestris fidelia obsequia, & benemerendi studia amplectendi, ac imitandi calcar, & majus quodammodo incitamentum addatur. Decernentes eadem Cæsarea & Regia auctoritate nostra, & hoc Edicto nostro statuentes, ut de cætero tu *Georgius Brankouich*, & suprafatus frater tuus, hæredes item ac posterii vestri utriusque sexus universi perpetuis futuris semper temporibus veri,

ri, ac indubitati liberi Barones, tanquam de genere liberorum Baronum procreati, a nobis, nostrisque successoribus, ac universis & singulis aliis cujuscunque præeminentiæ, status, conditionis, aut dignitatis existant, teneri, dici, nominari, & ubique locorum ac terrarum haberi debeant, tituloque Spectabilis ac magnifici, sed & cæteris prærogativis liberis Baronibus debitis uti, frui & gaudere, prout etiam in præspecificatorum districtuum hæreditate per nos benigne confirmata & ratihabita in ævum permanere possitis ac valeatis. Mandantes insuper universis & singulis Majestatis nostræ Regnorum ac Provinciarum subditis, aliisque cujuscunque dignitatis & præeminentiæ, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ut te *Georgium Brankovich*, præmemoratumque fratrem tuum, hæredes, & posteritates vestros utriusque sexus, universos, pro veris liberis Baronibus habeant, reputent, nominent, & honorent, eoque titulo & prærogativis universis jugiter uti, fruique & gaudere sinant, nec adversus illa, & hanc Cæsaream atque regiam Concessionem, gratiamque & indultum nostrum impediant, molestent & perturbent, aut ab aliis impedi-ri, molestari, perturbarique sinant quovis modo. Si quis vero ex nobis subjectis id attentare præsumserit, nostram, successorumque nostrorum noverit indignationem se incursum.

Ut

Ut autem perpetuum & celebrius hujus nostræ benignitatis & clementiæ in oculos hominum incurrat signum, & monumentum, ea qua præmissum est Cæsarea Regiæque Autoritate & gratia nostra, antiqua & gentilitia Armorum vestrorum, quibus hactenus usi estis, insignia non modo clementer approbavimus, roboravimus, ratificavimus, & confirmavimus, verum etiam auximus, amplificavimus, & illustravimus, quemadmodum vigore præsentium approbamus, roboramus, ratificamus, confirmamus, augemus, amplificamus, ac illustramus, & hunc qui sequitur in modum gestanda, deferendaque concedimus, & largimur. Seu tum videlicet militare erectum bifariam per medium diametraliter divisum, in cujus superiori coelestini coloris medietate nigra Aquila, expansis alis, rostroque adaperto, & lingua rubicunda exerta, velut in sublime evolutura, alias in majori, anteriorique corporis parte conspicita, in dextram scuti oram conversa esse, in alia porro inferiori trifariam oblique subdivisa ac in ternas inæquales, viridem nimirum triangularem, rubram & rursus viridem portiones distincta medietate Leo integer nativo colore adumbratus, ore hiante, linguaque rubra exerta, elevata post tergum cauda, per majorem rubro colore tinctam portionem, in dextram scuti plagam decurve visuntur. Scu-

to demum incumbentes binas militares Galeas craticulatas, five apertas regiis Diadematibus, dextro quidem integram alis expansis Aquilam, sinistro vero leonem mediotenus eminentem alias in mutuo cum jam fata Aquila obtutu situatum proferentibus ornatas. Asumitibus vero five conis Galearum, laciniis, five lemniscis, hinc flavis, & cæruleis, illinc vero candidis & rubris in scuti extremitates sese placide diffudentibus, illudque ipsum decenter & venuste exornantibus. Quem ad modum hæc omnia in principio five capite præsentis diplomatis nostri pictoris edocta manu & artificio, propriis & in genuinis suis coloribus clarius depicta, & ob oculos intuentium lucidius posita esse conspiciuntur. Licet itaque tibi *Georgio Brankovich* & supra dicto *Savæ* itidem *Brankovich* fratri tuo, hæredibusque & posteritatibus vestris utriusque sexus universis in infinitum Dei beneficio nascituris, præfato scuto, five armis, ubique in præliis, certaminibus, pugnis, hastiludiis, torneamentis, duellis, monomachiis, aliisque omnibus & singulis, ac quibusvis exercitiis militaribus, & politicis, nec non sigillis, velis, cortinis, annulis, vexillis, clipeis, tentoriis, domibus & sepulchris, generaliter vero quarumlibet rerum, & expeditionum generibus ferre, gestare, illisque in avum uti, frui & gaudere: Ac insuper apti etiam & idonei

fitis ad ineundum & recipiendum omnes gratias & libertates, exemptiones, jura fœuda, vacationemque a muneribus ac oneribus quibuscunque realibus, personalibus & mixtis, ad utendum denique singulis juribus, quibus cœteri a liberis Baronibus progeniti fœudorum capaces & participes veri memorati Regni nostri Hungariæ, partiumve eidem annexarum liberi Barones & indigenæ utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent quomodolibet consuetudine vel de jure, nemine unquam prohibente, nec obstantibus quibuscunque consuetudinibus, statutis, & privilegiis Regnorum, Provinciarum & Ditionum nostrarum præsentibus, & futuris, quæ modo aliquali contra hanc benignam nostram annuentiam & concessionem facere possent. Quibus omnibus prædeclarata auctoritate nostra Cæsarea atque Regia per præsentem derogamus & derogatum esse volumus. In cujus rei memoriam fidemque & firmitatem perpetuam, hocce nostrum privilegium, manus nostræ subscriptione, sigilloque nostro secreto impendenti munitum & roboratum emanari commisimus. Datum per manus fidelis nostri nobis dilecti Reverendi *Ioannis Gubafoczy* Episcopi Nitriensis, locique ejusdem & Comitatus supemi & perpetui Comitatis, Consilarii nostri & Aulæ nostræ per Regnum nostrum Hungariæ, Cancellarii in castro nostro Laxemburgh die septima mens-

sis Innii Anno domini Millesimo, sexcentesimo, octuagesimo tertio. Regnorum nostrorum Romani vigesimo quinto, Hungariæ & reliquorum vigesimo octavo, Bohemiæ vero anno vigesimo septimo: Reverendissimis ac venerabilibus Patribus Dominis *Georgio Szelepenj* Metropolitanæ Strigonensis &c. Secundarum vero series ita se habet. LEOPOLDUS &c. Tibi fideli nostro nobis dilecto magnifico *Georgio Brankovich* salutem, & gratiæ nostræ Cæsareæ atque Regiæ continuum erga te incrementum. Quemadmodum Imperatoria sublimitas non sine singulari Divinæ mentis consilio supremum inter mortales locum obtinet, sic Augustum Majestatis Thronum nil magis decere videtur, quam subjectos clementer fovere, extraneos vero quoscunque sibi sincera fide deditos, non solum in recto fidelitatis promptissimæque submissionis proposito, clementissima uberrimæ erga ipsos demonstrandæ gratiæ propensione confirmare, verum etiam honestissimos in declarando sinceræ fidei studio conatus, munificentia, quæ magnanimitate Principum digna sit, benevole prosequi, tum ut ipsi in præclara sua recte vivendi methodo magis ac magis roborentur & alii iis quasi stimulis ad paria eximiarum virtutum studia sectanda incitentur. Unde nos quoque tanquam ex summi & omnipotentis Monarchæ Dei providentia in summo Cæsareæ

reæ & Regiæ dignitatis fastidio constituti, non solum fidelium subditorum nostrorum, verum extranearum etiam gentium & nationum animos ad Thronum Majestatis nostræ allicere, per hocque in Regnis & ditionibus nostris illustres familias augere, ipsarumque splendorem hactenus sive turcica tyrannide, sive alio quocumque modo suppressum faventibus superioris, ceu postliminio reducere, utilitatemque ac salutem ipsarum promovere cupientes, postquam tum vetustatem familiæ tuæ, quæ nimirum in tanto olim flore existimationeque, ac celebritate fuerat, ut nonnulli ex eadem in sublimi Regiæ dignitatis culmine collocati, Bosniae, Serviae, Bulgariae, Dalmatiæ, alii Croatiae imo orientis quoque Imperio, ac Dominatu potiri, quidam vero ob plurima eaque insignia merita titulo quoque Sacri Romani Imperii Principum condecorari, ac inter cæteros singularis sanæ fortitudinis, prudentiæ, dexteritatis ac solertiæ vir *Volfgangus Brankovich de Podgoricza* hæreditarius Herzegovinæ, Syrmiae, & Ioanopolis (in qua nimirum Vlaska, & Batska continentur) terrarum olim dominus, ea præbuit eximiarum qualitatum, virtutumque specimina, ut horum intuitu una cum successoribus suis ac alios inter, *Georgio* itidem *Brankovich* postmodum Despote Illyriæ, & magno duce superioris & inferioris Myssiæ & præreceptitarum terrarum

rum hæreditario pariter Domino, in realis & actualis prælibati Sacri Romani Imperii Principis honorem sublimari meruerint; tum præcellentes tuas virtutes & qualitates, prudentiam nempe, dexteritatem, solertiam, industriam, & generositatem, quas ab avito Antecessorum tuorum stemate non minus quam antelatae hæreditatis successionem trahere dignosceris, sufficienter contemplati ac experti fuisset; Quamvis Te *Georgium Brankovich* de dicta *Podgoricza* hujus nominis secundum mediante benigno nostro diplomate in Castro nostro *Laxemburgh* die septima Junii Anno Domini Millesimo, sexcentesimo, octuagesimo tertio transacta præterito, emanato, in prædicta Majorum tuorum hæreditate, benigne confirmandum, & ratificandum duxerimus, ac insuper in numerum quoque liberorum Baronum memorati Regni nostri Hungariæ & partium eidem annexarum annumeraverimus, & aggreraverimus, nihilominus cum prædeclarata tua merita & virtutes ad te uberior adhuc cohonestandum & condecorandum nos invitent, & quodammodo exstimulent, dignum justumque censuimus, ut non solum præclare gestorum tuorum cum immortalis & insigni nominis tui memoria duraturum a nobis summas testimonium, sed etiam in altiores honorum & dignitatum gradus tuis ipse commendatus virtutibus eveharis, quo posteri  
tuis,

tuis, & aliis fidelibus nostris subditis similia benemerendi studia amplectendi, & imitandi majus incitamentum & calcar a nobis addatur. Motu igitur proprio, ex certa nostra scientia, animoque deliberato, & sano accedente consilio, deque Cæsareæ & Regiæ potestatis nostræ plenitudine, Te *Georgium Bran-kovich* de antelata *Podgoricza*, omnesque liberos, hæredes, posteros, ac descendentes legitimos utriusque sexus natos, & æterna serie nascituros, titulo comitum vulgo germanice **Graf** nuncupari solito cum prædicato Illustrissimi, Spectabilis & Magnifici honori ejusmodi debito insignivimus, condecoravimus, & numero cœtuique aliorum verorum, ac indubitatorum præfati regni nostri Hungariæ, aliorumque regnorum & ditionum nostrarum hæreditariarum Comitum aggregavimus, cooptavimus, annumeravimus, & adscripsimus, gratiarumque, libertatum, prærogativarum & dignitatum Comitibus debitarum capaces, & consortes fecimus. Quo vero perpetuum & celebrius amplissimæ hujus nostræ benignitatis & clementiæ clarius in oculos hominum incurrat signum & monumentum, eadem qua præmissum est Cæsarea & Regia autoritate nostra & gratia, antiqua & gentilitia Armorum tuorum insignia quibus hactenus usus es, non modo clementer approbavimus, roboravimus, ratificavimus, & confirmavimus, ve-  
rum

rum etiam auximus, amplificavimus, & illustravimus, quemadmodum vigore præsentium approbamus, roboramus, ratificamus, confirmamus, augemus, amplificamus, ac illustramus, & hunc, qui sequitur in modum gestanda deferendaque benigne concedimus, & elargimur. Scutum videlicet militare erectum, primum quidem quadrifariam divisum, in cujus superiori dextra, & inferiori sinistra flavi seu aurei coloris partibus, singulæ nigræ bicipites Aquilæ Imperiali diademate redimitæ alis expansis, pedibusque distentis erecte stare, in leva demum & dextra aliis binis mediotenus transversaliter sub divisis partibus, & quidem superne singulæ unicipites nigræ Aquilæ expansis alis, in campo cœruleo mediotenus eminere, inferne vero Leo naturaliter adumbratus, ore hiantē, linguaque rubicunda exerta, inter geminos flavios in rubea planitie, versus dextram scuti partem decurrere, meditulum denique scuti aliud minus pectorale argentei coloris scutum coronatum litteram auream *L Augusti* nominis nostri initialem continens occupare visuntur. Scuto demum incumbentes ternas militares Galeas craticulatas sive apertas Regiis diadematis, & quidem medio bicipitem Imperialem inferioribus similem, dextro vero unicipitem Aquilas, sinistro denique leonem erectum inguinetenus eminentem, præfatasque

Aquilas intuentem proferentibus ornatas. Asumitatibus vero sive conis Galearum laciniis seu lemniscis hinc flavis & cœruleis, illinc vero candidis & rubris in scuti extremitates se placide diffundentibus, illudque ipsum decenter ac venuste exornantibus. Quemadmodum hæc omnia in principio sive capite præsentis diplomatis nostri pictoris edocta manu & artificio propriis & genuinis coloribus suis clarius depicta conspiciuntur. Liceat itaque Tibi *Georgio Brankovics* de prærepetita *Podgoriza* vero ac indubitato Comiti, hæredibus, item posteritatibus, ac successoribus tuis legitimis utriusque Sexus universis, jam natis & deinceps, Dei beneficio nascituris prædeclara- rata armorum insignia prævio modo aucta ac illustrata, in omnibus singulisque honestis & decentibus actibus, exercitiis, atque expeditionibus, tum serio, quam joco in hastiludiis, seu hastatorum dimicationibus pedestribus & equestribus, in bellis, duellis, singularibus certaminibus, & quibuscunque pugnis cominus & eminus in scutis, baneriis, vexilis, clipeis, tentoriis, cœnotaphiis, sepulchris, monumentis, clenodiis, annulis, munilibus, sigillis, ædificiis, parietibus, fenestris, ostiis, lacunaribus, tapetibus, ac supellectilibus libere, pacifice, & absque omnimolestia ac impedimento, vel contradictione habere, gestare, & deferre, iisdemque pro rei necessitate & volun-

luntatis tuæ arbitrio pro libitu uti quovis modo. Aptus insuper & idoneus sis, tuique præfati universi apti sint & idonei, ad ineundum & recipiendum omnes gratias, libertates, exemptiones, jura, fœuda, privilegia vacationemque a muneribus & oneribus quibuscunque realibus, personalibus, & mixtis, ad utendum denique singulis juribus, quibus cæteri ab antiquis Comitibus prognati, fœudorum capaces & participes, veri memoratorum regnorum, provinciarumque ac ditionum nostrarum hæreditariarum Comitibus & Indigenæ, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent quomodolibet de jure vel consuetudine nemine unquam prohibente, nec obstantibus quibuscunque consuetudinibus, statutis, privilegiis præfatorum regnorum, provinciarum & ditionum nostrarum præsentibus & futuris, quæ quomodocunque contra hanc benignam annuentiam, & concessionem nostram facere possent, iis omnibus prædeclarata Authoritate nostra Cæsarea & Regia per præsentem derogamus, & derogatum esse volumus. Imo aggregamus, cooptamus, annumeramus, & adscribimus, consuetoque Comitibus Illustrissimi, Spectabilis, ac Magnifici titulo insignimus, & condecoramus. In cujus rei memoriam, fidemque & firmitatem perpetuam hocce nostrum Privilegium manus nostræ subscriptione Sigilloque nostro secreto, quo ut Rex Hun-  
ga-

gariæ utimur impendenti communitum emanari commisimus. Datum per manus fidelis nostri nobis dilecti Reverendi *Pctri Korompay* Episcopi Nitriensis, locique ac Comitatus ejusdem supremi & perpetui Comitatis, Confiliarii nostri & Aulæ nostræ per dictum Regnum nostrum Hungariæ Cancellarii in civitate nostra Vienna Austriæ, die vigesima mensis Septembris, Anno domini Millesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo Octavo, Regnorum nostrorum Romani trigesimo, Hungariæ & reliquorum trigesimo tertio, Bohemiæ vero anno trigesimo secundo. Reverendissimis ac Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis *Georgio Szechenj* Ecclesiæ Metropolitane Strigoniensis Archiepiscopo sede alterius Archiepiscopatus Colocensis, & Bacsiensis Ecclesiarum canonice unitarum vacante, *Georgio Fenyessj* Agriensis, *Alexandro Mikulicz* Zagrabien-  
 sis prænotato *Petro Korompay* Eccl. dictæ Nitriensis, *Leopoldo* Sacræ Romanæ Ecclesiæ Presbytero, Cardinale a *Kolonics* Iauriensis, *Fratre Augustino Benkovics* Varasdiensis, *Stephano Kuda* Eccl. Transylvaniensis, *Fratre Paulo Szecheny* electo Vesprimiensis, *Nicolao Ballogh* Vaciensis, *Michaele Duornikovich* Eccl. Csanadiensis, *Mathia Radonay* Eccl. Quinque-Ecclesiensis, *Francisco Iany* Eccl. Sirmiensis, *Godefrido Kapaun* Eccl. Szamandriensis, *Andrea Peterffy* Eccl. Noviensis, *Francisco Csikulin*  
 liny

*liny* Eccl. Scopiensis, Comite *Valentino Dru-*  
*geth* de *Homona* Eccl. Korbaviensis, *Iakobo Ha-*  
*sko* Eccl. Rosonensis, *Blasio Iaklin* Eccl. Tini-  
 mensis, *Ioanne Babics* Eccl. Scardonensis, Sede  
 Episcopatus Segniensis & Modrusiensis Eccle-  
 siarum canonice unitarum, vacante, Fratre  
*Nicolao Plumbeo* Bosnensis Ecclesiarum Epi-  
 scopis ecclesias Dei feliciter gubernantibus.  
 Item Illustrissimis, Spectabilibus, ac Magni-  
 ficis *Paulo Eszterhas de Galantha* S. R. Imperii  
 Principe, aurei velleris Equite dicti Regni  
 nostri Hungariæ Palatino, Comite *Stephano*  
*Csaky* perpetuo terræ Scepusiensis Iudicæ cu-  
 riæ nostræ Regiæ, Comite *Nicolao Erdödj de*  
*Monyorókerek* antelatorum, Dalmatiæ, Croa-  
 tiæ & Slavoniæ Regnorum nostrorum Bano,  
 Comite *Emerico* similiter *Erdödj* de dicta *Mo-*  
*nyorókerek* Tauernicorum Comite, *Adamo a*  
*Zrinio* Agazonum; Comite *Georgio Illyeshazy*  
 de eadem dapiferorum Comite, *Georgio Er-*  
*dödj* pariter de dicta *Monyorókerek* Cubicula-  
 riorum, Comite *Ioanne Draskovich de Trakosfyan*  
 Curiae, Comite *Stephano Zichy* seniore Ianito-  
 rum, Comite *Adamo de Battyán* pincernarum no-  
 strorum regalium in Hungaria magistris, ac  
 Comite *Ioanne Palffy ab Erdöd* Comite Poso-  
 niensi cæterisque quam plurimis toties fati  
 Regni nostri Hungariæ Comitatus Tenent.  
 & honores. Nos itaque huiusmodi humillima  
 supplicatione præmemoratae Communitatis Ra-  
 scia-

fcianorum, ac ipsius quoque Comitis *Georgii Brankovich* de sæpe dicta *Podgoricza*, modo prævio facta, Regia benignitate exaudita clementer & admissa, prærecensitas utrasque litteras nostras privilegiales in annotatis prothocollis perquisitas & reinventas de verbo ad verbum sine diminutione & augmento aliquali transcribi & transumi præsentibusque litteris nostris inferi & inscribi facientes, præfatæ Communitati Rascianæ, dictoque Comiti *Georgio Brankovich* de jam fata *Podgoritza*, in uberius declaratæ eatenus erga ipsos Cæsareo-Regiæ gratiæ & clementiæ nostræ testimonium, iuriumque eorundem futuram ad cautelam necessarias, dandas duximus & concedendas, communi suadente iustitia: Harum nostrarum vigore & testimonio litterarum mediante, Datum in Civitate nostra Vienna Austriæ, die prima mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Secundo. Regnorum nostrorum Romani trigesimo quinto, Hungariæ & reliquorum trigesimo octavo. Bohemiæ vero anno trigesimo sexto.

LEOPOLD. m. p.

*Blas. Iaklin. m. p.*  
Epis. Nitrien.

*Ioannes Maholany.*

Пер-



Первая Челобитная, юже Георгїи Деспотъ, егда во  
Віенну принесенъ бѣ лѣта 1690. Леополду Великому  
поднесе на Лашинскомъ Языцѣ сице.

*Августѣйшии ; и проч.*

Отъ нелѣже въ 1688. Году въ посланничествѣ  
Влахійскомъ находящумися, въ сей Дворъ Вашего  
Величества воспріятъ быхъ милоспивно, да и пре-  
жде того въ различныхъ Случаяхъ, а найпаче въ  
преведеніи Восточнаго Народа подъ державу Аустрій-  
скую; многыя бѣды отъ Агарянъ прешерпѣвая, без-  
мѣрный трудъ со страхомъ поднималъ; Егоже ра-  
ди отъ Вашего Величества и Графскимъ саномъ по-  
чтенъ быхъ. Нынѣ же невѣмъ, каковою наредбою,  
уже единонадесятый Мѣсяцъ въ крѣпкомъ зауста-  
вленіи спрегомъ есмь. Тойже, иже Сердца и упро-  
бы испытаетъ, Богъ свидѣтель ми есть, яко Ва-  
шему Величеству и всему Обществу Хрістіанскому,  
непоколебиму, и ненарушиму вѣру соблюдахъ, за ню-  
же жизнь и кровъ мою проліяши готовъ бѣхъ. Вои-  
спинну ни о единомъ шаковомъ погрѣшеніи повинна  
себе быши свѣмъ, ниже шаковаго безпушнаго дѣла и  
едина причина даже и до сего дне представлена ми  
бысть. Не убо толико мою невинность, елико о-  
ное благоутодное время рыдаю, въ немже въ восточ-  
ныхъ странахъ съ великою ползою войны приуго-  
товляемыя продолжати и дѣйствовати моглъ бы.  
Тѣмже Хрістова ради благоушробія колѣнопреклонно  
Вашему Царскому Величеству припадая молю, да ми-  
лосп со мною сотворише, да предъ судопворнымъ  
Престоломъ Вашего Величества предшаши возмо-  
гу, и наводимыя на мя вины, (аще кія суть) услы-  
шаши, да неуслышанъ въ прискорбномъ сѣшованіи

по-

погибну. Кесарско Ваше Величество изволише ша-  
ковъ о мнѣ сотворити ушавъ, каковаго испинниша  
правда взыскуешъ, емуже всеусердно себе подлагаю,  
и стениящъ прошу, да мене отъ таковаго студнаго  
заарестованія свободна быти содѣлаете, яко да мѣ  
прежде благоугодное имя и честь придобии дѣстой-  
но сподобилися возмогу, а наипаче въ сіе пагубное  
время прошивъ невѣрныхъ благополезная дѣла изсѣ-  
дую, въ нихже въ пагубу супостатомъ совершеннѣй-  
ше себе обѣщаваю, и нижайше привручаю и проч.

Графъ Георгій Бранковичъ Іллв-  
ри, Россіи, и Муссіи Деспотъ,  
нынѣже уарестованный.

---

*Augustissime etc.*

Quasi a primo egressu a cunabulis, et nac-  
to maturiori mentis meae iudicio usque ad  
confectum meum senium, et adeptos, quos  
non tam naturae aetas, quam potius moder-  
nus ferme triennalis squalor carceris adhuc  
magis mihi produxerat, canos, ita semper  
studiosus fui, omnesque meas vires continuo  
eo impendi, ut talia media et merita apud  
Sacratissimam Suam Majestatem mihi com-  
pararem, quibus inter et penes caeteros A-  
quilae Caesareae fidelissimos ac egregios Ath-  
letas ad redimendum e durissima barbarie  
sanguinem Christianum, et eliberandum sub  
jugo

jugo barbarico gementem Orientalem populum, ac longe propulsandum e limitibus totius Christianitatis barbarum hostem, fidelissimum & aptum Instrumentum, ac capacius aliquod subjectum aliquando a Sacratissima Caesarea Majestate Vestra dignoscerer ac dijudicarer: Hinc ego 1) Residentibus Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestrae jam dudum apud Portam Ottomanicam existentibus, per Interpretem Panajotam Christiano Orientali populo contra communem Christiani nominis hostem aliquando arma sumpturo et pugnaturō; tum pristinam libertatem, tum antiquas bonorum possessiones restituendas secure promittenti, ac paulo post desuper per Grand-Vezirium occupato, et tandem post magnum ab obsessis caesum ac interfectum Turcarum numerum e manibus Christianorum erepto Ujvarino, et tunc temporis Gran-Vezirio in Occidentales Christianitatis terras cum militaribus suis copiis ulterius progredi, ac ibidem alia complura loca Christianorum occupare volenti, ego mediantibus meis correspondentibus amicis, et fautoribus (quorum apud supremum Vezirium non levis erat auctoritas) ad ineundam cum Sacratissima Caesarea Majestate Vestra pacem, praefatum Vezirium commovi, persuasi, ac induxi, ita, ut exinde barbarus hostis cum copiis et agminibus suis ab occidente in orientem reversus

fue-

fuerit. 2) Eodem tempore, quo Supremus Vezirius Ujvarinum obsidione cinxerat, nonnullis ex Hungaria proceribus et magnatibus in Sacratissimam Personam Majestatis Vestrae Caesareae et Regiae conspirantibus, rebellantibus, arma in Europam ulterius proferre volentibus, et in hunc finem auxilium a Turcis implorantibus, atque a Majestate Vestra deficientibus, eorundem ego conspiratione fraudulentas, dolosas, et perfidas, perjurasve machinationes Majestatis Vestrae Sacratissimae Residenti pie defuncto *Christophoro a Kinzberg* tunc temporis ad portam Ottomanicam existenti fideliter aperui, revelavi, ac detexi, et in hujus rei fidem a praememorato Residente Authenticum Testimonium propria sua manu scriptum et Sigillo roboratum accepi. Hoc Testimonium ego ad sinceritatem et fidelitatem meam comprobendam Anno 1688. (dum cum Legatione Vallachica Viennae degerem) in habita aliqua Conferentia Majestatis Vestrae iis Ministris et Consiliariis intimis, ad quos hoc negotium arcanum spectabat, tradidi, exhibui, et produxi; mihi vero illud redhibitum non fuit. 3) Transylvani Aca-

tis et manifestatis mihi, his suis in magnam perniciem Christianitatis vergentibus Consiliis, acerrime refuti, me contraposui, et perniciosas Eorundem machinationes (Dei favente Gratia) mediantibus meis correspondentibus in nihilum converti et praepedivi. 4) Anno 1683. apparatus belli Turcicum ad cingendam obsidione Viennam destinatum, nonnullos perfideles ad Augustissimam Sacratissimae Caesarae Majestatis Vestrae Aulam expeditos, mature apperui et manifestavi. Nec non Comitem *Ladislauum Csaky* cum pluribus aliis fidelibus summo cum meo periculo, gravibusque expensis, atque perpessis magnis incommoditatibus per Turcas susceptis ex dura captivitate Constantinopolitana mediantibus amicis meis eduxi, imo devicto et ab obsidione Civitatis Viennensis fugato Turca, plurimos tum Nobiles, tum religiosos Christianos in perpetuam Barbarorum servitutum adductos in Rascia, Vallachia, et Tartaria adjuvantibus meis fautoribus et amicis redemi, fame morituros gravibus meis expensis alimentavi, vetivi, atque vestitos et redemptos, alios per Transylvaniam, alios per Hungariam, turmatim in Germaniam ad patrios suos Lares transmisi. In hujus rei fidem ab Eminentissimo Domino Cardinale a *Kollonics* vivum mihi perhibebitur Testimonium.

5) Comite *Carolo Valensteinio* in Legatione Sacratissimae Caesarae Majestatis Vestrae ad Regem Poloniae existente, cum eodem ego ad facilitandum cum Rege foedus communicata eidem vera rerum informatione, fidelissime correspondi, multaque arcana Majestatis Vestrae Aulae manifestavi, cujus rei a me fideliter gestae, praefatus Comes in suis ad me exaratis litteris (quarum vidimata copia hic adjacet sub A.) non tantum mihi perhibet Testimonium, sed et acceptabilem mihi pollicetur mercedem: in formalibus: Spectabilis Magnifice Domine *Georgi Brankovics*. NB. continuet inceptam fideliter suam industriam, cum recta informatione rerum, laborum suorum cum quiete, acceptabilem recipiet mercedem. Varaviae 14. Aprilis 1683.

6) Illud Anno 1688. emanatum et mihi extradatum benignissimum mandatum (quo prior et antiqua per Residentes Sacratissimae Caesarae Majestatis Vestrae ad Portam Ottomanicam Orientali Populo verbalis facta promissio ab ipsa sua Majestate confirmabatur) quippe non solum contra barbarum hostem pugnaturum orientalem Christianum Populum ad pristinam Libertatem et antiquas aviticas Bonorum suorum Possessiones, Consuetudines, Leges, Iura et Immunitates, prout ante invasionem et irruptionem Turcarum consvetum erat, Iure postliminii restituendum esse, ubi-

que locorum tam in Provinciis Illyricis, quam Graecis, et vel maxime in Vallachia, tum lingua Graeca, tum Illyrica divulgavi et publicavi, atque per dictum Clementissimum Mandatum ex motivis in eodem relatis, totum Orientalem sub iugo Turcarum gementem Populum Christianum ad Devotionem Majestatis Vestrae concitavi et animavi.

7) Tempore, quo Turca apparatus suum bellicum ad oppugnandum Ujvarinum instrueret, ab Orientali Christiano Populo cum benedictione Patriarchae *Maxim* in Illyriae et Myfiarum Slavoserborum et Rascianorum Despotem electus fui: quam meam Electionem Patriarcha *Arsenius* secunda Benedictione cum praefato populo penes Budam exulante denuo corroboravit. Imo Sacratissima sua Majestas Anno 1688. (dum occasione Legationis Vallachicae in Augusta hac Aula forem) tenore adjacentis Diplomatis, in Copia B. ut dudum jam electum me Rascianorum Despotem pariter expresse confirmavit ac ratificavit, atque ob praestita mea fidelia merita inprimis ad Baronatum, ex post vero etiam Comitum dignitatem me evexit, elevavit et condecoravit, simulque ex certa scientia, sano ac deliberato desuper Consilio ad omnia mea Iura, praerogativas, Immunitates et haereditates occasione mei stemmatis, et familiae ac antecessorum meorum, mihi competentia, velut

iure postliminii in integrum restituit me, ac reduxit, et quidem bene ponderatis, examinatis, ac in *Diplomate B.* ordine recensitis et specificatis antiquorum et antecessorum meorum, atque familiae meae meritis, dignitatibus, honoribus, conditionibus, ditionibus, officiis, et eorum functionibus, prout uberius ex *Diplomate* manifestum fiet; possemque si necessum foret omnes mihi invidos, (si qui sunt) calumniatores ex certa scientia et deliberato consilio impetratum *Diploma B.* impugnare volentes tum per viva (quae exstant adhuc, *Testimonia*) tum per Graecos simulque Latinos copiosos historiographos convincere et obmutescere facere, atque familiae meae in *Diplomate* recensitas praerogativas comprobare.

8) Ut tanto magis orientalem christianum populum ad devotionem et deditionem Suae Majestatis concitare et animare valerem, eodem Anno 1688. occupato et devicto Belgrado cum legatione Vallachiae hic Viennae me existente aviticarum mearum praetensionum ac Iurium, atque Bonorum ibidem locorum existentium plenaria et omnimoda restitutio mihi promittebatur, simulque asserebatur, ad concitandum et animandum praedictum populum certas patentes litteras nomine Suae Majestatis mihi in auxilium expediendas et ad *Generalem Veteranium in Transylvaniam* per

Po-

Postam transmittendas et eas ibidem a me sollicitandas ac recipiendas fore. Igitur hac positiva spe fractus recipiendi praefatum benignissimum Caesareum Mandatum, Vienna in Transylvaniam ad praememoratum generalem Veteranium (sed in vanum) me movi: nam ubi eum in Transylvania Cibinii convenirem, et meam ad eum datam Directionem, eidem aperirem, nihil minus quam saepius memoratum Caesareum Mandatum ad se expeditum et transmissum esse, mihi refert.

9) Expost apud dictum Generalem Veteranium aliquamdiu me persistente, et cum eodem per exaratas nostras litteras accelerationem dicti benignissimi mandati Caesarei vehementer huc Viennam, me sollicitante ac urgente, mihi visum, et inter nos dijudicatum fuit, ut interea temporis donec saepedictum Mandatum tandem aliquando expediat, et ne tempus contra imminentem barbarum hostem incassum labatur, me ad Ducem Vallachiae moverem, et mentem Majestatis Vestrae eidem detegerem, quod et fideliter perfeci et peregi. Nam mea ad amplectendam Majestatis Vestrae devotionem, et in augmentum totius Christianitatis proposita postulata Dux Vallachiae minime averfabatur: sed cum caeteris aliarum Regionum Principibus Majestatis Vestrae sese deditarum, irruptiones Tartarorum et Turcarum in Transyl-

vaniam, et ad interiores Hungariae partes repulsum et impeditum iri, annuebat, simulque universus Vallachiae populus ad deditioem et devotionem Majestatis Vestrae per me jam dispositus et commotus erat.

copiis Nostris pro opportunitate et necessitate, ad Mandata Nostrorum Belli - Ducum, et Generalium, qui iusto, numerosoque Exercitu proxime in Campo comparituri sunt, se adjungant, iisdem, pro posse annonam, cæteraque necessaria pro earum conservatione subministrent, et promptas in quibuslibet occasionibus contra hostem communem ferant suppeditias, dictis Belli - Ducibus Nostris iisdem Protectionem omnem contra Turcarum impetus impertituris, exactamque ubilibet, prout serio demandavimus, militarem disciplinam servaturis, et legitimæ Nostræ Dominationi voluntarie se restituant, si Gratiâ, et Clementiam Nostram experiri velint. Promittimus vobis omnibus prædictis populis, et Provinciis Nobis, qua Regi Hungariæ de Jure subjectis, & legitime subjiciendis, servata imprimis Religionis suæ, eligendique Vaivodæ libertate, Privilegiis, et Juribus exemptionem ab omni Onere publico, et Contributione, exceptis tamen antiquis, et solitis, ante omnem Turcarum invasionem, Regum, et Dominorum Juribus, sublato etiam in iis omni abusu per Dominium Turcicum introducto, nisi in casu necessitatis Bellorum, in quibus pro vestra propria salute, ac defensione, per modum gratuitæ Contributionis, pro posse necessaria Subsidia concedetis, quibus copiæ Nostræ possint conservari, defendi Provinciæ, et Onera Belli sustineri, excusso autem jugo Turcico, omnia in formam stabilem, et ordinem debitum pro futuro ad votum, et satisfactionem vestram redigemus, et cuilibet Juribus suis, Libertate

tate Religionis, Privilegiorum, et Immunitatum redditus, cunctis et singulis Justitiam administrabimus, universis Gratiae, Clementiae, Benignitatis, et Paternae Nostrae Protectionis documenta uberrima praebituri. Promittimus insuper, donamus, et concedimus omnibus et singulis liberam bonorum, five immobilium, quaecunque Turcis in Confinibus suis ademerint, possessionem.

Agite igitur pro Deo, pro Religione, pro Salute, pro Libertate, pro Securitate vestra restauranda, intrepide ad Partes Nostras accedite, Lares vestros, culturamque agrorum non deserite, Socios vestros ad sequenda vestigia vestra Invitate, et occasionem hanc a Deo, et Nobis oblatam, vobis et nunquam amplius redituram arripite, si vobis, si filiis vestris, si denique Dilectae Patriae, et Saluti consultum velitis, dum vobis in reliquo universim, et singillatim Gratiam Nostram Cæsaream, et Regiam luculenter offerimus.

Datum in Civitate Nostra Viennæ, Die sexta Mensis Aprilis Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo, Regnorum Nostrorum, Romani trigesimo secundo, Hungarici trigesimo quinto, Bohemici vero trigesimo quarto.

LEOPOLDUS. (L.S.)

T. A. Henr. Comes de Stratman.

Ad Mandatum Sacrae Cæsareae Regiæque  
Majestatis proprium,

Steph. And. de Werdenburg.

Nos

Nos LEOPOLDUS, Divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, Bosniæ, Serviæ, Bulgariæ, &c. Rex; Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgi, ac Superioris et Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, et Theckæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris et Inferioris Lufatiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, et Goritiæ, Landgravius Alsatia, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis, et Salinarum.

Honorabili, Devoto, Nobis Dilecto ARSENIO CZERNOVICH, Orientalis Ecclesiæ, Ritus Græci Rascianorum Archi-Episcopo, Episcopis, omnibusque aliis Ecclesiasticis, et Sæcularibus Statibus, Capitaneis, Vice-Capitaneis, toti denique Communitati ejusdem Græci Ritus, et Nationis Rascianorum, per Græciam, Bulgariam, Rasciam, Herczegoviam, Dalmatiam, Podgoriam, Jenopoliam, cæteraque annexa Loca, et quibuscunque aliis Præsentes lecturis, inspecturis vel audituris, Gratiam Nosstram Cæsaream, Regiamque, et omne Bonum.

Non solum ex demisso Libello Nobis vestrum omnium nomine, per Ablegatum ad Nos Episcopum Jenopolitanum, ISAIAM DIANOVICH, verum et verbali ejusdem expositione luculentius clementissime percepimus demissam gratiarum actionem vestram, quod vos e faucibus barbaræ Turcarum

Ty-

Tyrannidis ereptos pristinae restituerimus Libertati, obligationemque perpetuam, qua Nobis ob tanti beneficii exhibitionem, obstrictos vos, posterosque vestros profitemini, debito quidem vestro, Nostra tamen eo majori satisfactione, quod agnito Jure Nostro, vos in sinum Gratiae, Clementiaeque Nostrae, qua Domini, et Regis vestri Legitimi projicientes, sub umbra Protectionis Nostrae, posthac vivendum vobis, et moriendum esse, laudabili animi fortitudine declaretis. Gujus Nobis perquam acceptae contestationis, et exhibitionis vestrae intuitu, vos universos, et singulos in Tutelam Nostram Gaesareo-Regiam clementissime non tam suscipimus, quam ad egregium propositum animis vestris figendum, et filiis inculcandum perpetuo, omnibusque in occurrentiis realibus documentis, magis magisque confirmandum; Arma proinde contra infensissimum Christiani nominis hostem, et persecutorem vestrum, sub Auspiciis Nostris, Nostrorumque Belli-Ducum directione sumenda, propulsandasque injurias, calamitates, ac miseras vobis iniquissimeque hactenus illatas Paterne hortamur; vicissim ut lenitatem, ac dulcedinem Imperii, Dominatusque Nostris in ipso limine sentiatis, petitionibus vestris, Pietate Nobis connaturali annuentes, Benignissime decrevimus: Ut juxta Orientalis Ecclesiae Graeci Ritus Rascianorum consuetudinem, ac normam veteris Calendarii libere conservemini, et prout hactenus ita et deinceps a nullis Ecclesiasticis, vel Saecularibus Statibus ulla afficiamini molestia: liceatquo vobis, inter vos, ex

pro-

propria Facultate, ex Natione et Lingua Rasciana constituere Archi-Episcopum, quem Status Ecclesiasticus, et Sæcularis inter se eliget: isque Archi-Episcopus liberam habeat facultatem disponendi cum omnibus Orientalibus Græci Ritus Ecclesiis, Episcopos consecrandi, Sacerdotes in Monasteriis disponendi, Tempia, ubi opus fuerit, propria facultate exstruendi, in Civitatibus, et Villis Rascianos Sacerdotes subordinandi: verbo, sicut hactenus, Græci Ritus Ecclesiis, et ejusdem Professionis communitati præesse valeat, et propria Authoritate Ecclesiastica, vigore Privilegiorum a Prædecessoribus Nostriis, divis quondam Hungariæ Regibus, volis concessorum, in tota Græcia, Rascia, Bulgaria, Dalmatia, Bosnia, Jenopolia, et Herzegovina, nec non in Hungaria et Croatia, ubi de facto existunt, et quatenus et quamdiu Nobis universi et siguli fideles et devoti erunt, facultate disponendi gaudeat. Statibus porro Ecclesiasticis, velut Archi-Episcopo, et Episcopis, Monachis, omnisque generis Sacerdotibus Ritus Græci in Monasteriis, et Templis maneat propria facultas disponendi, ita, ut nemo in prædictis Monasteriis, Templis, et Residentiis vestris violentiam exercere valeat: verum in Decimis, Contributionibus, et Quartiriis antiqua Immunitate gaudeant, nec super Ecclesiastico statu ullus Sæcularium, præter Nos, potestatem habeat arrestandi, vel incaptivandi aliquem, sed Archi-Episcopus tales a se dependentes Ecclesiasticos, pœnam aliquam incurrentes, Jure Ecclesiastico, seu Canonico puni-

re queat: conferimus etiam, et confirmamus, Græci Ritus Tempa, Monasteria, et ad hæc spectantia, prouti etiam Archi-Episcopum, et Episcopos concernentia Bona, qualiacunque illa sint, juxta collationem Prædecessorum Nostrorum possidenda, quæ autem Tempa Ghristiani Nominis hostis Turca vobis ademit, ea quoque recuperata manibus vestris resignari demandabimus: Archi-Episcopo denique, vel Episcopis vestris, necessitate sic exigente, Monasteria, et Ecclesias in Civitatibus aut Pagis visitantibus, vel etiam Parochos, et Communitatem instruendis a nemine tum Ecclesiastico, tum Sæculari molestiam inferri patiemur. Quam munificentissimam, clementissimamque Concessionem Nostram a vobis omni conatu, et viribus demerendam, Fidemque ac Devotionem vestram inviolabiliter observendam continuo, nullisque procellis concutiendam fore, vobis firmiter promittimus, et in reliquo vobis universim, et singillatim Gratiam Nostram Cæsaream, Regiamque clementissime confirmamus. Datum in Civitate Nostra Viennæ, die vigesima prima Augusti, Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo; Regnorum Nostrorum Romani trigesimo tertio, Hungarici, trigesimo sexto, Bohemici vero trigesimo quarto.

LEOPOLDUS. (L.S.)

T. A. Henr. Comes de Stratman.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Regiæque  
Majestatis proprium.

Steph. And. de Werdenburg.

Gon-

Considerantes igitur benigne memorati Patriarchæ, et Archi-Episcopi, ARSENI CZERNOVICH, nec non Statuum totius Gentis, et Populi Illyrici, sive Rasciani Preces rationabiles, et Merita præstantissima de Augusta Domo Nostra sibi comparata; dum nempe dicta Gens, et Natio, per omnes rerum vicissitudines, flagrantibus cum acerrimo hostie bellis, durantibus etiam rebellium violentiarum, invasionum, damnorum, aliorumque casuum adversorum turbinibus, in illibata et integerrima erga eandem fidelitate, immota non tantum semper perstitit, verum etiam specialem suam Devotionis, Obsequiique zelum plurimis in occasionibus, tam promovendo commodo, servitioque Domus Nostræ, quam ferendis promptis suppetiis, et sublevandis Oneribus communibus magno animo demonstravit, hostiliumque, ac perduellium conatum avertendorum causa, cum immortalis Laude, nec Sanguini, nec Substantiæ pepercit, sed posthabitis bonis omnibus, et spretis vitæ periculis, cunctisque difficultatibus, Legitimo Regi, et Domino suo constanter adhærens, vere fidelium subditorum, Vasallorumque obligationem adimplevit, ac imposteriorum adimplere spondet, et in votis habet; humillimæ præfatorum Supplicantium petitioni clementer annuere volumus, ac proinde ex certa Nostra Scientia, sano Consilio, Animoque bene deliberato, deque Cæsareæ, Regiæque Potestatis Nostræ Plenitudine, ac Authoritate, prærecensitas Privilegiorum, Immunitatum, ac Prærogativarum, per Augustum Dominum, et Genito-

rem

rem Nostrum clementissime concessas Regias Patentes Literas, juxta omnes et singulas earundem Continentias, Clausulas, et Expressiones hisce benignissime rati habemus, et in omnibus, et per omnia clementer approbamus, et confirmamus. Reservantes insuper Nobis plenissimam facultatem, reddita per Dei Benignitatem, eorundem Illyricorum, et aliorum Fidelium Nostrorum Subditorum conjunctam operam Regno Nostrum Hungariæ, et finitimis Provinciis Nostris tranquillitate, easdem Immunitates, Prærogativas, et Privilegia ulterius explicandi, ac in meliorem, pro temporum conditione, formam redigendi, simul et propensissimum Nostrum in Gentem Illyricam animum amplius demonstrandi, prout ad Nostram, Regnorumque Nostrorum, et Provinciarum, atque adeo ipsiusmet Populi Illyrici utilitatem, et bonum conducere videbitur.

Quapropter omnibus et singulis Nostris ordinatis Tribunalibus, tum Ecclesiasticis, tum Saecularibus, et cunctis demum Regnicolis Nostris, Ministris, et Officialibus, cujuscunque Gradus, Ordinis, Dignitatis, et Nominis, reliquisque Subditis Nostris fidelibus et Dilectis hisce serio mandamus, et præcipimus, ut memoratum Patriarcham, et Archiepiscopum, Statusque universos dicti Populi Rasciani, omnibus et singulis præallegatis Privilegiis, Prærogativis, Immunitatibus, Facultatibus, Gratiis, Indultis, Juribus, et Literis hisce Nostris Confirmatoriis quiete, et absque omni molestia, impedimento, ac perturbatione uti, potiri et gaudere sinant,

nant, in eisque manuteneant, atque defendant, nihilque contra eorum tenorem attentent, aut faciant, vel ab aliis quovis modo attentari, fierique permittant; secus Nostram, Successorumque Nostrorum gravissimam Indignationem incurfuri, et, praeter nullitatem actus, ipfo facto Pœnam triginta Marcarum Auri puri, partem dimidiam Fisco, seu Ærario Nostrò, et alteram injuriam passis exfoluturi. Harum testimonio Literarum manu Nostra subscriptarum, et Sigilli Nostrî majoris appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Viennæ, die septima Mensis Augusti, Anno millesimo, septingentesimo sexto, Regnorum Nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici decimo nono, Bohemici vero secundo.

JOSEPHUS. (L.S.)

Joan. Frid. B. a Seilern.

Phil. L. Com. a Sinzendorff.

Ad Mandatum Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis proprium.

Jac. Ernestus Nob. de Plöckner.

Considerantes igitur benigne memorati Metropolitanæ, et Archi-Episcopi, VINCENTII POPOVICH, nec non Statuum totius Gentis, et Populi Illyrici, sive Rasciani Preces rationabiles, et Merita praestantissima de Augusta Domo Nostra sibi comparata; dum nempe dicta Gens et Natio, per omnes rerum vicissitudines, flagrantibus cum acerrimo hoste bellis, durantibus etiam rebellium, violentiarum, inuasionum, damnorum, aliorumque casuum

adverforum turbínibus, in illibata, et integerrima erga eandem fidelitate, immota non tantum semper perstitit, verum etiam specialem suum Devotionis, Obsequiique zelum plurimis in occasionibus, tam promouendo commodo, servitioque Domus Nostrae, quam ferendis promptis suppetiis, et sublevandis Oneribus communibus, magno animo demonstravit, hostiliumque ac perduellium conatum avertendorum causa, cum immortalis Laude, nec sanguini, nec substantiae pepercit, sed posthabitis Bonis omnibus, et spretis vitae periculis, cunctisque difficultatibus: Legitimo Regi, et Domino suo constanter adhaerens, vere fidelium Subditorum, Vassallorumque Obligationem adimplevit, ac imposteriorum adimplere spondet, & in votis habet; humilissimæ præfatorum Supplicantium petitioni clementer annuere volumus, ac proinde ex certa Nostra Scientia, sano Consilio, animoque bene deliberato, deque Cæsareæ, Regiæque Potestatis Nostræ Plenitudine, ac Authoritate, prærecensitas Privilegiorum, Immunitatum, ac Prærogativarum, per Augustum Dominum, et Genitorem Nostrum clementissime concessas, atque a Dilectissimo Domino Fratre Nostro, uti dictum, confirmatas Regias patentes Literas juxta omnes et singulas eorundem Continentias, Clausulas, et Expressiones, hisce benigne rati habemus: et in omnibus, et per omnia clementer approbamus, et confirmamus: reservantes insuper Nobis plenissimam facultatem, easdem deinceps Immunitates, Prærogativas, et Privilegia ulterius expli-

candi, ac in meliorem, pro temporum conditione, formam redigendi, simul et propensissimum Nostrum in Gentem Illyricam animum amplius demonstrandi, prout ad Nostram, Regnorumque Nostrorum, et Provinciarum, atque adeo ipsiusmet Populi Illyrici utilitatem, et Bonum conducere videbitur.

Quapropter omnibus et singulis Nostris ordinatis Tribunalibus, tum Ecclesiasticis, tum Sæcularibus, et cunctis demum Regnicolis Nostris, Ministris, et Officialibus, cujuscunque Gradus, Ordinis, Dignitatis, et Nominis, reliquisque Subditis Nostris, Fidelibus et Dilectis, hisce serio mandamus, et præcipimus, ut memoratum Metropolitanam, et Archiepiscopum, Statusque universos dicti Populi Nostræ Rasciani omnibus et singulis præallegatis Privilegiis, Prærogativis, immunitatibus, Facultatibus, Gratiis, Indultis, Juribus et Literis hisce Nostris Confirmatoriis quiete, et absque omni molestia, impedimento, ac perturbatione uti, potiri, et gaudere sinant, in eisque manuteneant, atque defendant; nihilque contra eorum tenorem attentent, aut faciant, vel ab aliis quovis modo attentari, fierique permittant: secus Nostram, Successorumque Nostrorum gravissimam indignationem, et, præter nullitatem actus, ipso facto pœnam triginta Marcarum auri puri, partem dimidiam Fisco, seu Ærario Nostro, et alteram injuriam passis exsolvendam incursum. Harum testimonio Literarum, Manu Nostra subscriptarum, et Sigilli Nostræ majoris appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Viennæ, die secunda Mensis

Augusti, Anno Millesimo septingentesimo decimo tertio, Regnorum Nostrorum, Romani secundo, Hispanicorum decimo, Hungarici et Bohemici vero tertio.

CAROLUS. (L.S.)

Joan. Frid. B. a Seilern.

Phil. Lud. Com. a Sinzendorff.

Ad Mandatum Sacrae Cæsareæ Regiæque Majestatis proprium.

Jacob, Ernest. Nob. de Plöckner.

Nos CAROLUS SEXTUS, Divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ, Bosniæ, Serviæ, Bulgariæ, &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, et Wirtembergæ, Comes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, et Goritiæ, &c.

Notum facimus, et tenore præsentium Memoriae commendamus, quorum interest, Universis; exposuisse Nobis devote per Libellos supplices Fidelem Nostrum Dilectum, Venerabilem VINCENTIUM POPOVICH, Orientalis Ecclesiæ Græci Ritus Archi-Episcopum, et Rascianorum Metropolitam, nec non Gentis Illyricæ, seu Rascianæ Status universos, quod etiamsi sibi ab Augusto, Pientissimæ Memoriae, Domino, ac Genitore Nostro Colendissimo LEOPOLDO, Romanorum Imperatore, et Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiae, Slavoniæ, &c. &c. Rege gloriosissimo, die

sexta

sexta Mensis Aprilis, et die vigesima prima Mensis Augusti, Anni millesimi sexcentissimi nonagesimi, Indulta quædam, seu Privilegia, Immunitates, atque Prærogativæ, ob comprobatam Fidelitatis suæ constantiam, ac proficua servitia Augustæ Domui Nostræ præstita, clementissime impertita, nec non a Dilectissimo Beatissimæ Reminiscentiæ, Domino Fratres Nostro JOSEPHO, Romanorum Imperatore, et Hungariæ, Croatiæ, Dalmatiæ, Slavoniæ, Bosniæ, Serviæ, et Bulgariæ, &c. Rege, die septima Mensis Augusti, Anni millesimi septingentesimi sexti, uti et a Nobis die secunda Augusti, Anni millesimi septingentesimi decimi tertii gratiosissime confirmata fuerint, hucusque nihilominus nonnullos Nostros utriusque, Ecclesiastici videlicet, et Sæcularis Status subditos reperiri, qui non sine gravi cum præfatorum Privilegiorum, et Indultorum Nostrorum læsione, tum insupportabili dictæ Gentis Illyricæ, seu Rascianæ præjudicio, et damno, præmemoratum Archi-Episcopum, suosque subalternos Episcopos, et Sacerdotes, una cum Populo in avito Ritus sui exercitio turbare, necessariorum Templorum erectionem impedire, Sacerdotes & Religiosos ejusdem Ritus arrestare, ad incongruam prætensarum decimarum præstationem, ac quarteria militaria subeunda cogere, & compellere attentarent, demississime Nobis supplicantes, ut non solum gravibus istis præjudiciis efficaciter mederi, incompetentes hujusmodi ausus serio inhiberi, et devotam Nobis Illyricam, seu Rascianam Nationem in usu, et possessione pacifica

fica Indultorum, et Privilegiorum Noſtrorum imper-  
 turbate tueri, præcipue autem cum præmemoratis a  
 Dilectiſſimo Domino Fratre Noſtro, uti et a Nobis  
 clementiſſime impertitis Literis confirmatoriis ſe-  
 quens, in ipſo Privilegiorum contextu, et conceſſio-  
 ne, non reperibilis Clauſula: Reſervantes inſuper  
 Nobis pleniffimam facultatem, reddita per Dei be-  
 nignitatem, eorundemque Illyricorum, et aliorum  
 Fidelium Noſtrorum ſubditorum conjunctam operam  
 Regno Noſtro Hungariæ, et finitimis Provinciis No-  
 ſtris tranquillitate, eaſdem Immunitates, Præroga-  
 tivas, et Privilegia ulterius explicandi: ac in me-  
 liorem pro temporum conditione formam redigendi,  
 &c. inſerta reperiatur, ex cujus ſiniſtra interpreta-  
 tione prædictæ Nationi a nonnullis clementiſſimæ  
 mentis Noſtræ ſenſum, ſive non callentibus, ſive  
 perverſe eum ſumentibus, non modicæ collisiones,  
 et incommoda cauſarentur, Nos, ad melius corrobo-  
 randum Cæſareo-Regiæ Noſtræ erga eandem Na-  
 tionem, in modo dictis Privilegiis, Immunitatibus,  
 et Indultis expreſſæ uberrimæ Propenſionis, et Gra-  
 tiæ effectum, penitusque tollendam, et avertendam  
 omnem perverſæ explicationis, et exinde in detri-  
 mentum, et præjudicium dictæ Nobis devotæ Na-  
 tionis reſultantis controuerſiæ anſam ſuper prædicta  
 clauſula reſervatoria mentem, voluntatemque No-  
 ſtram, jamdum benigniſſime explicare, et elucidare  
 dignaremur Nos, qui univerſos Fideles Subditos  
 Noſtros, et Vaſallos in Privilegiis, Immunitatibus,  
 et Prærogativis, a Nobis, vel Prædeceſſoribus No-  
 ſtris

stris probe impetratis inviolabiliter tueri, conserva-  
 rique semper cupimus, dignum sane et justum esse  
 censuimus, ut non minus præfata Nobis dilectæ Na-  
 tionis Illyricæ, seu Rascianæ, (quæ excusso jugo  
 Turcico sub umbram Protectionis, Potestatisque Au-  
 gustæ Domus Nostræ, Legitimorum utpote Regni  
 Hungariæ Regum, cum Laude confugit, et se suos-  
 que Posteris inviolabilis, Devotionis, Fidelitatis,  
 atque Obedientiæ Juramento, et Vinculo demissi-  
 me subjecit, fidelia quoque, et proficua hactenus  
 servitia Nobis, et Reipublicæ Christianæ præstitit,  
 atque imposterum, et cunctis futuris temporibus de-  
 misse præstare spondit) commodis studeamus,  
 eumque in finem permissæ humillimæ illius Petitioni,  
 et Supplicationi benigne deferamus, eamque in Ju-  
 ribus suis, et Privilegiis hactenus impertitis, contra  
 Turbatores quoscunque, aut mentis, intentionisque  
 Nostræ depravatores clementer manuteneamus, et  
 protegamus. Animo igitur bene deliberato, sano  
 Consilio, atque de plenitudine Potestatis Nostræ Cæ-  
 sareo - Regiæ, inhærendoque Diplomati Nostro Pro-  
 tectorio ex Cancellaria Nostra Hungarica Aulico-  
 Regia, die decima sexta Februarii nuperi ad Sta-  
 tus et Ordines Regnorum Nostrorum Hungariæ, Croa-  
 tiæ, Dalmatiæ, et Slavoniæ, &c. emanato, et ex-  
 pedito, per recens hoc Mandatum Nostrum perpe-  
 tuum valiturum, non modo clementer statuimus, or-  
 dinamus, atque volumus, ut præmissa Indulta, Im-  
 munitates, atque Privilegia dictæ Genti, Populoque  
 Rasciano, ipsiusque Archi. Episcopis, sive Metropo-  
 litis,

litis, et Episcopis clementer hactenus concessa, semper firma, atque rata sint, et maneant, ipsique contra præmissa Gravamina, et Turbatores quoscunque, mediantibus Dicafteriis, et Magistratibus Nostri in dictis Regnis Nostri stabilitis, et subordinatis, ad Instantiam, sive Requisitionem præmissæ Nationis, illiusque Rectorum, et Officialium, manu forti prompte prosequantur, atque defendantur; verum et reservatam in præfatis Confirmationibus Clausulam eatenus declaramus, et benigne explicamus.

Ut videlicet sæpedicta Privilegia, Immunitates, et Indulta sæpedictæ Nobis Dilectæ Nationi Illyricæ, seu Rascianæ clementer concessa tamdiu illæsa persistere, et dicta Nobis devota Natio in eorum quietâ, et pacifica possessione, usu et fruitione, sine omni impedimento et molestia conservari debeat, quamdiu eadem in debita erga Nos, et Augustam Domum Nostram, uti semper confidimus, Fidelitate, Devotione, ac Obedientia illibate persistit, atque duratura est. Quapropter omnibus et singulis Nostri Tribunalibus, tum Ecclesiasticis, tum Sæcularibus, et cunctis demum Regnicolis Nostri, Ministris, et Officialibus cujuscunque Gradus, Ordinis, Dignitatis, et Nominis, reliquisque Subditis Nostri, Fidelibus et Dilectis hisce serio mandamus, et præcipimus, ut memoratum Metropolitanam, et Archi-Episcopum, Episcopos, aliosque Sacerdotes, Religiosos, et Sæculares, cujuscunque Status, et Conditionis, Orientalis Ecclesiæ Græci Ritus Homines, Gentem quippe Illyricam, seu Rascianam, No-

bis

bis Dilectam, in omnibus et singulis præallegatis Privilegiis, Prærogativis, Immunitatibus, Facultatibus, Gratiis, et Literis hisce Nostris Protectionalibus quiete, et absque omni molestia, impedimento, aut perturbatione uti, frui, et gaudere sinant, ac in eis præsertim sæpefatum Archi-Episcopum, illiusque Successores in eorum Authoritate, necessariorum Templorum exstruendi facultate, in Sacerdotes, et Religiosos, ac eorundem Personas, et Bona, resque suas usitato hactenus Jure, et Animadversione, et vetita quorumvis aliorum, Suprema tamen Nostra, et dicti Archi-Episcopi Jurisdictione semper salva, nec non in Decimarum, signanter ex propria Sacerdotum, et Religiosorum Oeconomia prætenfarum, et Militarium Quartiriorum Personalium quoque Contributionum Immunitate conservent, et manuteneant, nihilque contra dictorum Privilegiorum Tenorem, Mentemque, et Clementissimam Voluntatem Nostram super prædicta Clausula hisce expressam, et declaratam, in præjudicium, aut detrimentum dictæ Nobis Devotæ Nationis attentent, aut faciant, vel ab aliis quovis modo attentari, fierique permittant. Secus Nostram, Successorumque Nostrorum gravissimam Indignationem, et, præter nullitatem actus, ipso facto pœnam triginta Marcarum Auri puri, partem dimidiam Fisco, seu Ærario Nostro, et alteram injuriam passis exsolvendam incurfuri. Harum Testimonio Literarum, Manu Nostra subscriptarum, et Sigilli Nostri majoris appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Vien-

næ,

næ, die decima Mensis Aprilis, Anno reparatæ salutis supra millesimum septingentesimo decimo quinto. Regnorum Nostrorum, Romani quarto, Hispanicorum duodecimo, Hungarici et Bohemici vero itidem quarto.

CAROLUS.

Phil. L. Com. a Sinzendorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ, et Catholicæ Majestatis proprium.

Jac. Ernestus Nob. de Plöckner,  
Eques.

Considerantes igitur benigne memorati Patriarchæ, Archi-Episcopi, et Metropolitæ ARSENI JOANNOVICH, totiusque Gentis Illyricæ præstantissima merita, quod nempe ille in nupero bello Turcico ad exemplum Prædecessoris sui ARSENI CZERNOVICH, Patriarchæ, et respective Metropolitæ, relicta quoque sua Sede Patriarchali Ippekiensi cum Populo Illyrico sibi concredito ex Turcia ad Nostras Ditiones transierit, eundemque Populum ad fidelia et proficua Nobis, et Augustæ Domui Nostræ præstanda servitia animaverit, idemque Populus, contractis ex Regno Hungariæ, Croatiae, et Slavoniæ in magno numero armatorum copiis bene instructus, et militaribus requisitis proprio ære comparatis debite provisus ad Exercitus Nostros in Bavaria, Bohemia, et Italia locatos contra hostes quoscunque fortiter, et strenue militaverit, taliterque fidelium Subditorum, et Vasallorum obligationem rite adimpleverit, ac imposterum adimplere

spon-

spondeat, et in votis habeat. Ex his causis, rebusque bene, et laudabiliter gestis, in facto comprobatis, et per se notoriis humillimæ præfatorum supplicantium petitioni clementer annuimus, ac proinde ex certa Nostra Scientia, sano Consilio, animoque bene deliberato, et Regiæ potestatis Nostræ plenitudine, ac Authoritate prærecensitas Privilegiorum, Immunitatum, ac Prærogativarum per Augustissimum Dominum, ac Avum Nostrum clementissime concessas, atque a Dilectissimo Domino Patruo, et Gloriosissimo Genitore Nostro, uti dictum est, confirmatas Regias patentès Literas juxta omnes, et singulas eorundem continentias hisce benigne rati habemus, et in omnibus, et per omnia clementer approbamus, et confirmamus.

Quapropter omnibus, et singulis Nostris Tribunalibus, tum Ecclesiasticis, tum Sæcularibus, et cunctis demum Regnicolis Nostris, Ministris, et Officialibus, cujuscunque gradus, ordinis, dignitatis, et nominis, reliquisque Subditis Nostris fidelibus, et dilectis hisce serio mandamus, et præcipimus, ut memoratum Patriarcham, Metropolitanam, et Archiepiscopum, universumque dictum Populum Nostrum Rascianum omnibus, et singulis præallegatis Privilegiis, Prærogativis, Immunitatibus, Facultatibus, Gratiis, Indultis, et Juribus, per hasce patentès Literas Nostras approbatis, et confirmatis, quiete, et absque omni molestia, impedimento, ac turbatione uti, potiri, ac gaudere finant, in eisque manuteneant, atque contra omnes violentos impetito-

res,

res, turbatores, et damnificatores, toties quoties a præfato Archi-Episcopo, et eidem subordinatis requisiti fueritis, aut alter vestrum requisitus fuerit, quamdiu Natio hæc, et Gens Rasciana in illibata erga Nos, Augustamque Domum Nostram Austriacam fide, et devotione perseveraverit, defendant, nihilque contra eorum tenorem attentent, aut faciant, vel ab aliis, quovis modo attentari, fierique permittant: secus Nostram, Successorumque Nostrorum gravissimam indignationem, et præter nullitatem actus in ipso facto pœnam triginta Marcarum auri puri, partem dimidiam Fisco, seu Ærario Noostro, et alteram Injuriam passis exsolvendam incursum. Harum Testimonio Literarum manu Nostra subscriptarum, et Sigilli Nostrum majoris appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Viennæ, diè vigesima quarta Mensis Aprilis; Anno millesimo septingentesimo quadragesimo tertio Regnorum Nostrorum tertio.

MARIA THERESIA. (L.S.)

C. Comes ab Ulfeld.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ  
Majestatis proprium.

Joh. Christophorus Bartenstein.

## ИЗВОДЪ.

Пунктовъ Привилегіалныхъ, Якоже: Личныхъ, Вещественныхъ, покровительныхъ, и дарователныхъ, Честному Греческаго Закона Клеру, и всему Славному Народу Іллурико-Рассіанскому чрезъ блаженнаго иногда Римскаго Императора ЛЕОПОЛДА въ лѣтахъ 1690. 1691. 1695. благодатнѣйше дарованныхъ. ЮСИФА же 1706. и КАРОЛА шестаго 1713. и 1715. славнѣйшаго поминанія равно Римскія Императори, и тогда Благополучно Царствующее Кралевское Величество МАРІО ТЕРЕЗІЮ, лѣта иногда испекающаго 1743. милостивѣйше потвержденныхъ, и средствіемъ Высокославныхъ Канцелларій, внутреннѣйшія, Дворо-Военная, и Кралевскія Мажарскія угошованныхъ на понизное прошеніе блаженнѣйшаго Патріарха, Митрополита, и Архіепископа Арсенія Іоанновича, всего же Клера, и Народа Греческаго Закона чрезъ слѣдующія депутирши, и Полномощники, именемъ всего реченнаго Народа Рассіанскаго на то нарочно избранныя, то есть: Павла Менадовича Епископа Карлошадскаго, и Патріаршескаго Генерал-Викара; Іоанна Георгіевича, Архідіаконна Патріаршескаго; Арсенія Вуича Обріст-Лайтенанта Кралевскаго, отъ Краини Потускія; Андреа Андреевича Кралевскаго Пост-Фервалшера, и Хершофта Уффелова Администратора; исходатайствованныхъ, сочиненъ.

Диплома Привилегіалная ЛЕОПОЛДОВА чрезъ Внутреннѣйшу Дворну Канцелларію лѣта 1690. изданная, содержитъ слѣдующая:

1. Мы ЛЕОПОЛДЪ, Божією Милостію Римскій Императоръ всегда прибавишель Германіи, Хунгаріи,

и Бохеміи Краль, и прочая: Обѣщаемъ Вамъ всѣмъ предреченнымъ Народомъ и Провинціямъ намъ, аки Кралею Мажарскому по праву подложнымъ, и законно подложитися имущимъ, сохранше въ первыхъ всѣмъ благочестія своего, и Воеводи избранія свободу, Привилегіи же и Права, изятіе отъ всякаго бремене публичнаго, и данодаянія, иземлемимъ обаче древнымъ и обыкновеннымъ прежде всякаго Турскаго нахожденія, Кралей и Господей Правамъ, двигнувше шакожде въ шѣхъ всякое злое упошребленіе, чрезъ Господство Турско во веденное, развъ въ случаи требованія Браней, въ которыхъ за Ваше собственное спасеніе и защищеніе во Образъ добровольнаго даянія по возможности потребна споможенія воздасте, имиже воинства Наша содержатися, защищати Провинціи, и тягоши Браней держати возмогутъ; избіенуже игу шурскому, вся въ Начинъ спановишый и подобающій чинъ въ будущее по желанію, и на довлешвореніе Ваше возпоставимъ, всѣмъ, и особитымъ Правду сотворимъ, всѣмъ милосши, благодаши, благонаклонноши, и Отческаго Нашего Покровишельства ширшая доказательства даши хотяще.

2. Обѣщаемъ сверху того, даемъ и допускаемъ всѣмъ и Особитымъ свободное добра, буди движимо, или недвижимо, яже Туркомъ на Границахъ своихъ ошяли будутъ, пришяжаніе.

3. Сотворите убо за Бога, за благочестіе, за спасеніе, за Освобожденіе, за Опишце Ваше возвратити, безбоязни въ страни наша ступайте, Отчештво Ваше, и земледѣлія не оставляйте, други Ваша спопамъ Вашимъ послѣдоваши зовите, и прилику сию отъ Бога и насъ данну вамъ, и выше николи же возвратну примите, аще Вамъ, аще сынамъ

Вашимъ, аще на послѣдокъ возлюбленному Отечеству и спасенію благо быти хотите. Егда вамъ во прочемъ Обще и Особено милость Нашу Цесарску, и Кралевску явно предносимъ.

Вторая Диплома ЛЕОПОЛДОВА чрезъ Канцелларію Кралевску Мажарску дворну лѣта 1691. изданная, имать слѣдующая.

4. Нешокмо изъ понизнаго Листа Вашего именемъ всѣхъ васъ чрезъ посланнаго къ намъ Епископа Іеннопольскаго Ісаію Діаковича, но и отъ успешнаго его изложенія явлше всемилоспивѣйше пріяхомъ понизное благодареніе ваше, что васъ изъ устъ Варварскаго Туранства Турскаго изпоргше въ древнюю возвратихомъ свободу, всегдашнее же Обязаніе, имъ же намъ за коликаго благодаренія даяніе обвязанныя вы, и попомки ваша исповѣдуете, по должности въ правду Вашей, на Наше обаче колико вящшее довлетвореніе, что познавше право Наше, Васъ въ нѣдро милости, и Благодати Нашея, аки Господина и Краля Вашего законнаго повергающе подъ сѣнію покровишества Нашего посемъ жизни Вамъ и умираши похвалною Великодушія храбростию являете.

5. Котораго намъ зѣло пріятнаго Засвидѣшествованія, и покозованія Вашего взоромъ, васъ всѣхъ, и всякаго подъ Кровъ Нашъ Цесаро-Кралевскій Все-милоспивѣйше нешокмо пріемлемъ: Но во еже изрядное Намѣреніе сердцамъ Вашимъ водрузити, и Сыномъ Всегда воглубляти, и во всѣхъ приключеніяхъ вещественными доказательствми выше, сопотверждаши.

6. Оружія и въ напредъ противъ Главнѣйшаго имени Хрістіанскаго Супостата, и Гонителя Вашего подъ заступленми Нашими, Нашихъ же Воеводъ Пра-

випелствомъ пріяши, и прогнаши напаси, бѣди, и неволы вамъ беззаконѣйше и свирѣпѣйше дослѣ нанесенныя, Отчестски совѣшумъ.

7. Паки да Мягкость и Сладость Царствованія, и Господствованія Нашего при самомъ входѣ ощушите, прошеніямъ Вашимъ благоговѣйнымъ намъ со природнымъ внушивше, милоспивѣйше устави-  
хомъ.

8. Да, по обычаю Воспочныя Церкви Греческаго Закона Россіановъ на уставѣ Ветхаго Календара свободно содержаваешся, и яко дослѣ, тако и въ на-  
предѣ отъ никоихъ же Церковныхъ или Мірскихъ Сташей ни единою озлобляешся досадаю,

9. Свободно Вамъ да будетъ между Вами собственною Властію отъ Народа, и Языка Россіанскаго поставляши Архіепископа, его же Сташы Церковный, и Мірскіи между собою изберутъ.

10. Онъ же Архіепископъ Вашъ свободну да имаѣтъ Власть со всѣми Восточнаго Греческаго Закона Церквами урядати, Епископы посвящати.

11. Священники въ Монастырехъ урядати.

12. Церкви, гдѣ потреба будетъ, собственною Властію созидаши.

13. Въ Варошахъ и Селѣхъ Россіанскія Священники подчиновляши.

14. Словомъ: Якоже дослѣ, Греческаго Закона Церквамъ, и тогожде Исповѣданія обществу предшашелствовати можешъ.

15. Отъ собственного Ауторитета Церковнаго, силою Привилегій, отъ Предесоровъ нашихъ, Блаженныхъ иногда Кралеи Мажарскихъ, Вамъ данныхъ во всей Греческой, Россіи, Булгаріи, Далмаціи, Босны, Іенополіи, и Херцеговини, Хунгаріи же и Хорватской, Муссіи, и Іулуріи, идѣже нынѣ суть, и

по елику, и донелѣже Намѣ вси и всякій вѣрны и благоговѣйны будуще, властію Правленія да радуется.

16. Еще же Статемѣ Церковнимѣ, якоже Архіепископу, Епископомѣ, Монахомѣ, и всякаго Рода Священникомѣ Закона Греческаго въ Монастырехѣ и Церквахѣ собшвенная да останеть власть Правленія.

17. Тако, да никто въ предѣ реченныхѣ Монастырехѣ, Церквахѣ и Резиденціяхѣ Вашихѣ насилія швориши можеть.

18. Но въ десяткахѣ, данодаяніяхѣ, и Квартирехѣ древнею свободою да Радуются, ниже сверху Церковнаго Стата кшо опѣ мірскихѣ, развѣ Мы, власть, да имать арестирапи, или зашвориши кого.

19. Но Архіепископѣ шаковія опѣ его депендирующія Церковники въ казнѣ какову падающія, правомѣ Церковнимѣ или Канонскимѣ казниши можеть.

20. Даруемѣ такожде и сопошверждаемѣ Греческаго Закона Церкви, Монастыри и къ Нимѣ Надлежащая, яко такожде Архіепископская и Епископская добра, какова нибудь она будуще по одарованіи Предecessоровѣ Вашихѣ да припяжаема будуще.

21. А яже Церкви Хрїстіанскаго имени супосшатѣ, Турчинѣ, Вамѣ опялѣ, шыя на задѣ повращше рукамѣ Вашимѣ предаши повелѣхомѣ.

22. Да бы на послѣдокѣ Архіепископѣ или Епископы Ваши, нуждѣ тако ищущей, Монастыри, и Церкви по Варошахѣ и Селехѣ посѣщающіи, или такожде Парохи и Общини поучающіи отѣ кого буди Церковнаго или Мірскаго досаду имѣли, непоштернимѣ.

23. По всякой возможности всяку силу приложити будемѣ да чрезѣ побѣдителная Оружія Наша, Богу помощешвующу, Помянутый Народѣ Рассіанскій,



что скорше въ земли и обиталища ихъ предсимъ припяжанная паки вовести, и супосташи ошъ онуду прогнаши возможемъ.

24. И хожемъ, да подъ правителствомъ, и управленіемъ собственнаго Магиспраша шойже Народъ Россіанскій пребываши, и древнія Привилегій, ему ошъ Величества Нашего милосшиво допущенныя и его обыкновенія несмущенно уживаши можешъ.

25. Къ тому соизволяемъ, и въ томъ аще ошъ ихъ Греческаго закона безъ останка дѣшей, и сродниковъ кто умрелъ бы, тогда вся шаковая субстанція на Архіепископа, и Церковь; не иначе аще Архіепископъ или Епископъ койлибо умрешъ шакова шакожде субстанція на Архіепископашъ да припаднешъ.

26. На послѣдокъ да вси ошъ Архіепископа аки Главы Своея Церковныя шако въ духовныхъ, яко и Мірскихъ депендируютъ всемилосшивѣйше хожемъ, и повелѣваемъ.

27. Еже даротворнѣйшее, и благоутробнѣйшее допущеніе Наше ошъ Васъ всякимъ шщаніемъ и силами отслуживаемо, вѣрность же и благоговѣнство Ваше непоколебимо сохраниши всегда, и никоими бурями разбишия имуще, Намъ твердо обѣщаваемъ, и во прочемъ Вамъ всѣмъ, и особно Милосшъ Нашу Цесарску и Кралевскую Благоутробнѣйше соутверждаемъ.

Диплома шретія шакожде ЛЕОПОЛДОВА чрезъ Канцелларію равно Мажарску дворну лѣта 1695. изданная, содержишъ сія:

28. Милосшиво ушавихомъ, да и помянутому Архіепископу, древнее достоинство, и Епископы своего закона производиши власть (зане ему по праву и обычаю шогожде закона своего приличествуетъ) шѣла останешъ, и поставленіи чрезъ его Епископы,

знаменательнѣже Почтеннїи, Ісаїа ДїаковичѢ Темышварскїй, Іенополскїй, и АрхімандритѢ Монастыра Крушедолскаго, СтефанѢ МешохїацѢ Карлошадскїй, и Зринополскїй, Евѣимїй ДробнякѢ Сегединскїй, Евѣимїй ПоповичѢ Будимскїй, и Сполно-Бѣлградскїй, Евѣимїй ТешовацѢ Мохачкїй, Сягешскїй, СпиридонѢ Шпибича Вершачкїй, и ЕфремѢ ВенянинѢ Варадинскїй, и Егарскїй (копорыя шоесть Мы силою НаспоящихѢ припустиши, и подносиши судихомѢ:) чрезѢ назначенныя себѢ дирїкты вѢ коихѢ шо есть числомѢ подобающимѢ Рассїанскаго Народа, отѢ Ига Рабошы Турскїя, якоже помянуся вѢ подручностѢ Нашу давшася Фамилїи по изволенїи Нашего Совѣша дворо-воинственнаго сѣдоша, и намѣстиша себе духовная своя званїя швориши, согрѣшающїя исправляши, и по заслуженомѢ казниши, уроки и приходи Церковныя по закону и древнемѢ обычаю себѢ надлежащїя прїимаши.

29. НародѢ на послѣдокѢ весь вѢ ГрадѣхѢ, ВарошахѢ, КраинахѢ, и ЗемляхѢ НашихѢ, вѢ МѣстехѢ шо есть ему чрезѢ помянутаго Совѣша Нашего дворо-воинственнаго Комиссїю допущенныхѢ гдѢ нїбудѢ НамѣщенѢ СвободнымѢ своего Закона и исповѣданїя дѣйствїемѢ кромѢ всякїя боязни, страха, шѣла же и имѣнїй убытка радовашися; древнюю же, и уже силою Машѣїа Краля декрета Пятаго, аршикула трешїаго, и Владислава Краля декрета шпораго, аршикула Послѣдняго, имѢ допущенную отѢ десетковѢ Свободу уживати, и употребляти да можешѢ.

30. Яже десетки онѢ НародѢ на своего Закона ЕпіскоповѢ препишанїе и приходи, никоимѢ ПрелашовѢ нашихѢ, или КамералскихѢ ОфиціаловѢ на-

прошивъ стоящимъ припятствіямъ да обратитъ, и приложитъ.

31. Того ради Вѣрностіемъ Вашимъ, имже верху, всѣмъ: и особито Вамъ содержаніемъ сихъ крѣпко повелѣвающе Милоспиво налагаемъ, и заповѣдуемъ; да егда, и елижды еще отъ предъ реченнаго Архіепископа, и Епископовъ ему подчиненнымъ поредъ предреченныхъ вкупъ; или раздѣлно вопрошенны будете, ихъ прошивъ всякихъ неправильныхъ, и Насилныхъ Препинашелей, стужашелей, и убийско-творцевъ, вѣщемъ, якоже глаголется, стоящимъ, защищати, покровителствовати, и бранити, и въ предъ явленныхъ допущеніяхъ нашихъ содержавати, и рукодержати, всякими образи долженствуете. Аушоритетомъ Нашимъ Кралевскимъ, Вамъ въ сей вниѣ чрезъ Насъ полно допущеннымъ, и преданымъ, праву и правдѣ посредствующей иначе несотворше, Диплома Покровителная, Сопотвердителная чрезъ Канцелларію дворо войнсшвенную лѣта 1743. изданная сиче гласитъ.

32. Всѣмъ и Особитимъ, Генералному Нашему Мѣсподержателеви, Фелд-Маршаломъ, Генераломъ Кавалеріе, Генерал-Фелд-Цаиг-Майстеромъ, и прочая, и прочая: Вамъ пошомъ, имже верху, всѣмъ и особито всякому сими крѣпко повелѣвающе и заповѣдающе, да нынѣ реченнаго (Арсеніа Іоанновича) Патріарха, Архіепископа, и Митрополиша, Епископы, и прочія Священники, духовныя и Мірскія всякаго Стата, и Чина Восточныя Церкве Греческаго Закона люди въ Градѣхъ, Варошахъ, Крайнахъ, и Земляхъ нашихъ намѣщенныя во всѣхъ, и особитныхъ ихъ Привилегіяхъ Свободахъ, Властехъ, Милосшехъ, Допущеніяхъ и Правахъ уже апробирашихъ, и сопотвержденныхъ рукодержати, и сохраня-

ти знаете, и шыяжде покойно, и кромѣ всякія до-  
сади, припятствія или спуженія уживаши, упошре-  
бляши, и радовашия шѣми, допустите, пачеже  
прошивѣ всѣхъ ихъ вѣ сихъ Насилныхъ препинаше-  
лей, спужашелей, и убишкотворцевъ шолжды, е-  
лижды отъ предреченнаго Архіепіскопа, и ему под-  
чиненныхъ, вопрошенни будете, или другій кшо  
отъ васъ вопрошенъ будетъ, дондеже Народъ сей,  
и Родъ Рассіанскій вѣ непоколебимой кѣ Намъ, и  
Августному дому Нашему Вѣрѣ и Благоговѣннїи по-  
стоитъ, защищаши, и браниши всячески должен-  
ствуете; и ничто прошивѣ ихъ содержанію коимъ  
либо образомъ, дерзати, или сошворитися допустите.  
Поптверженія на Конецъ чрезъ Канцелларію Кралев-  
ску дворну Мажарску лѣта 1743. издашаго С о д е р-  
ж а н і е есть слѣдующее.

33. За кое Всѣмъ и Особитимъ Вѣрнымъ Нашимъ  
Частореченнаго Кралевства Нашего Хунгарїи, и  
спранъ ему сосложныхъ Сшашемъ, и Чиномъ Цер-  
ковнымъ равно и Мірскимъ и прочимъ Кралев-  
ства бивашелемъ, и Офиціаломъ, и поддан-  
нымъ Нашимъ всякаго Состоянїя, Степенне, Ча-  
сти, Достоянства, и преимущества, гдѣ ни-  
будъ Поставленнымъ, и обрѣтающимся сихъ изло-  
женіемъ нарочно повелѣвающе налагаемъ, и заповѣ-  
дуемъ: да преднапомянутаго Папріарха, Митропо-  
літа, и Архіепіскопа Арсенїа Іоанновича, Родъ  
же и Народъ Рассіанскій и Сербскій вся предполо-  
женныя Привилегїи, преимущества, свободы, мило-  
сти, допущенія, и права, донелѣже Народъ сей Рас-  
сіанскій и Сербскій вѣ непоколебимой кѣ Намъ, и  
Августному дому Нашему Аустрїйскому Вѣрѣ и  
Благоговѣннїи пребудетъ покойно, и кромѣ всякаго  
спуженія и припятствія упошребляши, уживаши,  
ра-

радоватися, и ползовати допустили въ шѣхжде такожде прошивъ шѣхъ, и шаковыхъ аще кои ошъ узрока Клаузули въ Потверженіе Привилегій дне 29. Септемврія, лѣша 1706. ошъ горѣ реченнаго Возлюбленнѣйшаго Господина Спрыя Нашего полученное, якоже ошъ предповѣданнаго его изложенія явствуется, въ мѣщенныя (задержавше сверху того Намъ полную власть возвратившейся чрезъ благость Божию, предреченныхъ же Рассіановъ, и нинхъ Вѣрныхъ подданниковъ Нашихъ сосложное шщаніе реченному Кралевству Нашему Хунгаріи, и крайнымъ Провинціямъ Нашимъ пожеланной Тишинѣ, шыяжде Свободы, преимущества, и Привилегіи далше шолковати, и въ болшій по Качеству временъ образъ посшавиши, и прочая) и ошъ нынѣ реченныя Клаузули неправаго шолкованія предъ реченному Роду и Народу Рассіанскому убишку каковыя узроковалибы, Рукодержатъ, и защищають, и ничшо прошивъ ихъ содержанію подъ правилнымъ Наказаніемъ и Немилостію Нашею Недержають, или шворятъ, или ошъ нинихъ, дерзатися, и шворити допускають.

МАРІА ОЕРЕЗІА.

*Сей Экстрактъ Привилегіяхъ, изъ Латінскогъ на Славенскій Языкъ превелъ Павелъ Ненадовичъ. бывшій обще народный и Архіелісколо - Мишроло-літскій Секретарь.*

Nos

Nos FERDINANDUS TERTIUS, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumanæ, Bulgariæ &c. Rex; Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Comes Habspurgi, Dux Lucemburgæ, ac Superioris et Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, et Thekæ, Princeps Sueviæ, Comes Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, et Goriæ, Landgravius Allatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii supra Anasum Burgoviæ, ac Superioris et Inferioris Lusatæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis, et Salinarum &c. Memoriam commendamus Tenore præsentium significantes, quibus expedit Universis: Quod cum Supremis hujus mundi Potestatibus humano Generi divinitus traditis nihil gloriosius censeatur, atque esse competens, quam Subditorum Voluntates, et Animos, atque apprime, qui suapte quodammodo Natura ad id propensi videntur; honestis Largitionibus ad exercendam virtutum Palestram invitare. Nos quoque, qui ex Dei Optimi Maximi Clementia Summæ Reipublicæ Christianæ præsidemus, sive quia is naturæ Nostræ ductus est, sive quia reipsa, atque usu compertum habemus ea demum Regnorum firmissima Præsidia, atque Munimenta esse, quæ in Subditorum Animis Clementia, et Liberalitate Principum collocantur,  
nihil

nihil prius, aut pretiosius habemus quidquam, quam laudabile hoc Majorum Nostrorum Institutum imitari. Ob hoc itaque attentis, et benigne perpensis Fidelitate, et fidelium Servitiorum meritis Fidelis Nostræ Nobilis PETRI MONASZTERLY, quæ idem Sacræ primum dicti Regni Nostræ Hungariæ Coronæ, et deinde Majestati Nostræ pro Locorum, et Temporum diversitate pro posse suo fideliter, et constanter exhibuit, et impendit, atque deinceps etiam pari fide, et diligentia exhibere, et impendere non cessabit. Eundem igitur PETRUM MONASZTERLY, ac per Eum ORBANUM, et DEMETRIUM Fratres suos de Cæsareæ, et Regiæ Nostræ Potestatis Plenitudine, et Gratia speciali denuo in Cætum, Numerum, et Ordinem verorum, et indubitatorum dicti Regni Nostræ Hungariæ, Partiumque ei subjectarum Nobilium clementer duximus cooptandum, annumerandum, et adscribendum. Annuentes et ex certa Nostra scientia, animoque deliberato concedentes, ut ipsi a modo imposteriorum futuris, et perpetuis semper Temporibus, omnibus illis Gratiis, Privilegiis, Indultis, Honoribus, Libertatibus, Juribus, Prærogativis, et Immunitatibus, quibus cæteri veri, antiqui, et indubitati Regni Nostræ Ungariæ, et Partium ei subjectarum Nobiles hætenus quomodolibet de Jure, vel Consuetudine usi sunt, et gavisi, utunturque, et gaudent, uti, frui, et gaudere possint, et valeant, Hæredesque, et Posteritates Ipsorum utriusque Sexus universæ valeant, atque possint. In cujus quidem Nostræ erga Eos exhibitæ Gratiæ, et Clemenciæ,

tiæ, ac Liberalitatis Testimonium, veræque et indubitatae Nobilitatis Signum hæc Arma, seu Nobilitatis Insignia. Scutum nimirum Militare erectum Cælestini Coloris Fundum illius alta Petra interoccupante, super eaque integer fulvus Leo, ore hiante, ac Lingua rubicunda exerta, caudaque bifurcata ad Dorsum elevata, posterioribus Pedibus dispositis insistere, anterioribus vero sinistro adrapiendum protenso, dextro vero strictam Frameam vibrare, inque dextram scuti partem conversus esse cernitur scuto incumbentem Galleam Militarem Craticulatam, sive apertam, Regio Diademate nifum Alis expansis utroque Pedum insistere, Rostro vero rubram Crucem gestare, atque huic aureus Sol, illinc vero Luna, desuper autem aurea Stella micare visuntur. A summitate vero sive Cono Gallæ Lacciniis, sive Lemniscis hinc flavis, et cæruleis, illinc autem candidis, et rubris coloribus in scuti oram defluentibus, prout hæc uberius in Capite præsentium Literarum Nostrarum Pictoris manu, et Artificio propriis, et genuinis suis coloribus clarius depicta, et ob Oculos Intuentium posita esse conspiciuntur. Eidem PETRO MONASZTERLY, ac ORBANO, et DEMETRIO MONASZTERLY Fratribus suis, Ipsorumque Hæredibus, et Posteritatibus, utriusque Sexus universis gratiose danda duximus, et concedenda. Decernentes, et ex certa Nostra Scientia, animoque deliberato concedentes, ut Ipsi a modo imposterum futuris, et perpetuis semper Temporibus, eadem Arma, more aliorum verorum dicti Regni Nostræ

Un.

Ungariæ, Partiumque Ei annexarum Nobilium sub  
 iisdem Libertatibus, & Immunitatibus, quibus li-  
 dem natura, vel antiqua consuetudine, usi sunt, &  
 gavisi, utunturque, ac gaudent ubique in Præliis,  
 Duellis, & Pugnis, aliisque quibusvis Exercitiis  
 Militaribus, & Nobilitaribus, nec non Sigillis, Ve-  
 lis, Annulis, Vexillis, Tentoriis, Domibus, & Se-  
 pulchris, generaliter vero in quarumlibet rerum, &  
 expeditionum generibus sub veræ Nobilitatis Titulo,  
 quo eos ab omnibus cujusvis conditionis hominibus  
 insignitos, & ornatos dici, & haberi volumus, &  
 mandamus ferre, & gestare, illisque in ævum uti,  
 frui possint, & valeant, Hæredesque Ipsorum su-  
 prafatæ valeant, atque possint. Imo denuo damus,  
 & concedimus præsentium per Vigorem. In cujus  
 rei Memoriam præsentis Litteras Nostras secreto Si-  
 gillo Nostro, quo ut Rex Ungariæ utimur impendi,  
 communitas eidem PETRO MONASZTERLY, ac  
 per eum attactis Fratribus Ejusdem, Hæredibusque,  
 & Posteritatibus Ipsorum utriusque sexus Univerfis  
 gratiose dandas duximus, & concedendas. Datum  
 per Manus Fidelis Nostri Reverendissimi Georgii Sze-  
 lepcheny Episcopi Nitriensis, Consilarii Nostri, ac  
 per dictum Regnum Nostrum Ungariæ Aulæ Nostræ  
 Cancellarii in Civitate Nostra Vienna Austriæ die  
 septima Februarii Anno Domini Millesimo Sexcentesi-  
 mo Quadragesimo Sexto, Regnorum Nostrorum Romani  
 vigesimo, Ungariæ & reliquorum Trigesimo, Bohe-  
 miæ vero Anno vigesimo nono. Reverendissimis ac Ve-  
 nerabilibus in Christo Patribus Dominis Georgio Lip-  
 pay

pay de Zombor Metropolitanae Strigoniensis Joanne Pisky Colocensis, & Batfienfis Ecclesiarum Archi-Episcopis Memorato Georgio Szelepcheny Nitrien. Benedicto Kisdy Agrien. Petro Petretich Zagrabien. Georgio Szecheny Wefzprimien. Paulo Hoffmann Quinque-Ecclesien. Joanne Pisky Jaurien. Thoma Palffy Csanadien. & Petro Mariani Segnien. & Modrosien. Ecclesiarum Episcopis Ecclesias DEI feliciter gubernantibus, item Spectabilibus; ac Magnificis Comitibus Francisco Vesselenyi dicti Regni Nostri Palatino altero Comite Francisco de Nadasd Juridiciariæ Nostræ Regiæ, Comite Nicolao a Zrinio Regnorum Croatiae, & Sclavoniae Bano, Comite Georgio Erdödy Cubiculariorum, Comite Adamo Batyanyi Dapiferorum, Comite Adamo Forgach Pincernarum Nostrorum Regalium in Ungaria Magistris, Comite Nicolao Palffy Comite Pofoniensi, cæterisque qua plurimis Regni Nostri Ungariæ Comitatus tenentibus & Honores.

**FERDINANDUS** m. p.

Georgius Szelepchenyi Episcopus  
Nitriensis m. p.

**Nos**

Nos LEOPOLDUS, Divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex; Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Superioris et Inferioris Silesiæ, Marchio Moraviæ, Superioris et Inferioris Lusatia, Comes Habsburgi, Tyrolis, et Goritiæ, &c. Universis, & singulis Nostris Militibus Hungaris tam Equestris, quam Pedestris Ordinis Officialibus Supremis Capitaneis, Capitaneis, Vice-Capitaneis, Vexilliferis, signanter vero toti Communitati Gentis Rascianæ Gratiâ Nostram Cæsaream, ac Regiam & omne Bonum notum facientes. Nos Electum a mentionata communitate Rasciana Vice-Ductorem JOANNEM MONASZTERLY ad demissam ejusden Gentis Instantiam benigne confirmasse, nec non Punctis ab eodem decem porrectis clementer annuisse, & desuper Mandatum dedisse, ut præfatis Punctis plenarie satisfiat, minime dubitando eundem JOANNEM MONASZTERLY æque ac cæteros sibi concreditos Rascianos secundum oblata strenue contra Ottomanos belligeratos, & in quibusvis occurrentiis opes & vires suas pro possibili impensuros esse, ut Nostrum, & totius laborantis Christianitatis servitium quoquo modo promoveatur. Quapropter Universis Vobis, ac Singulis benigne committimus, & serio mandamus, ut suprafatum IOANNEM MONASZTERLY pro Vice-Ductore Gentis Rascianæ agnoscat, & honoretis, ejusque Auctoritati nulla in re derogetis,

quem-

quemadmodum ita vos facturos esse benigne confidimus. Dabantur in Civitate Nostra Viennensi Die Undecima Mensis Aprilis, Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo primo Regnorum Nostrorum Romani Trigesimo Tertio, Hungarici Trigesimo Sexto, Bohemici vero Trigesimo Quarto.

LEOPOLDUS m. p. (L.S.)

Starenberg.

Ad Mandatum Sacrae Cæsareæ  
Majestatis proprium.

Christophorus Dorlelm m. p.  
Joannes Adamus a Vöbler m. p.

Sacrae Cæsareæ Suae Majestatis Equitatus Generalis,  
Regiminis Cataphractorum Colonellus!

Nos CAROLUS THOMAS a Lotharingia Princeps in Vaudemont &c. &c. Notum facimus tenore præsentium, quod spectabilis ac Generosus Dominus JAANNES MONASZTERLY a tempore illo, a quo Sacratissima Sua Majestas eundem Vice-Ductorem Inclytæ Gentis Rascianæ Clementissime efficere dignata fuerit, non parcendo vitæ, sanguisque profusioni, ac fortunarum adversitatibus in omnibus tam Generalibus, quam particularibus cum Christiani Nominis Hostibus Turcis, & Tartaris habitis conflictibus utilia, & maxime proficua, generosa, militariaque, & Heroica præstiterit servitia, signanter autem (quod summe memorandum est) in conflictu Salankemiensi cum sex millibus, & quadringentis peditum, & ter millibus sexcentis Equitum

pri-

primus ante omnes suos Turcica ingressus est Castra, & triginta quatuor majora & minora Vexilla: Undecim vero Caudas equinas; seu a Turcis Tugh nuncupatas laudabiliter lucratus fuerit, eademque Serenissimo Principi Ludovico Badensi praesentaverit, atque ibi non exiguum propriis manibus hostium sanguinem heroico profuderit pectore; Expost autem quovis Anno jam cum octo, jam cum sex, jam quinque, etiam quatuor millibus Armadae Suae Sacrae Majestatis semper interfuerit, & proxime in Anno Domini 1696. sub Commando moderni Serenissimi Regis Poloniae in Campo Temesvariensi in conflictu apud Czenei cum Turcarum Imperatore habito gloriose veluti Virum militarem decet, se se gesserit, in Marchibus semper Armadam Sacrae Suae Majestatis ex Commando Superiorum praecesserit, & etiam Sarkan Bascham vocatum Ipse supramentionatus Vice-Ductor cum centum, & aliquot secum habitis hominibus suis ceperit, eundemque captivum manibus moderni Regis Serenissimi Poloniae cum viginti aliis Turcis tradiderit, atque tum eodem Anno: tum vero ab Anno 1691. usque ad praesentem pacificationem in cunctis conflictibus generose adfuerit, Linquasque Inimicorum continue ceperit, in omnibusque occasionibus veluti Virum heroicum decuit, se accomodaverit, atque gesserit. In cujus fidem praesentes Nostras Literas attestatorias, & singulares, prout merita ejusdem Domini Vice-Ductoris Servitia summe exostulabant, Recommendatorias extradandas non immerito duximus. Actum Vien-

næ in Austria Anno Domini Millesimo Sexcentesimo  
Nonagesimo Nono. Decima quinta Augusti.

(L.S.) CAROLUS THOMAS a Lotharingia.

Notum facimus tenore præsentium significantes,  
quibus expedit Universis, quod Spectabilis Dominus  
JOANNES MONASZTERLY totius Gentis Rascia-  
næ Vice-Ductor fidelia non minus ac utilia, eaque  
Militaria in cunctis occasionibus, & certaminibus,  
tam Generalibus, quam Particularibus cum Hosti-  
bus Christiani Nominis Turcis, & Tartaris habitis  
præstiterit servitia, signanter autem in memorando  
conflictu illo Szalankamenienfi cum decem millibus  
Equesstris, & Pedestris Ordinis Militibus sub se ha-  
bitis interfuerit, et Primus ante suos Turcica Castra  
militari irruendo pectore generose veluti militem de-  
cet heroicum in Barbaros sæviverit, & post copio-  
sum effusum hostilem sanguinem triginta quatuor Ve-  
xilla, Undecim Caudas equinas obtinuerit; hostilem-  
que tam in illo quam aliis in aperto Campo, pro-  
uti, & in occupationibus plurimorum Præsidiorum  
hostilium occasionibus copiosum propriis manibus  
profuderit sanguinem: Eapropter eundem Dominum  
JOANNEM MONASZTERLY tam Suæ Majestati  
Sacratissimæ, ejusdemque Augustissimæ Aulæ, ac  
Excelso Ministerio, quam aliis quibuscunque has  
visuris tanquam utilem, & bene meritum Suæ Ma-  
jestatis Sacratissimæ Officialem prout possum intuitu  
magnæ considerationis præstitorum Heroicorum Ser-  
vitorum Suorum pro obtinenda quapiam competen-

te Suæ Majestatis Sacratissimæ Benignissima Remuneratione recomendo, atque de suis supra recensitis meritis ejusdem, & Familiæ suæ pro Decore me ocularem declaro Testem. Cujus rei majorem in fidem præsentis meas enixissimas Recommendatorias, & Testimoniales extradandas esse duxi. Datum Viennæ 9. Martii 1701.

(L.S.) Louis Baden m. p.

Wir MARIA THERESIA von Gottes Gnaden in Hungarn, Böhheim, Dalmatien, Kroatien, und Sclavonien 2c. 2c. Königin, Erzherzoginn zu Oesterreich, Herzoginn zu Burgund, Steyer, Kärnthhen, Krain, und Württemberg, Gräfin zu Habsburg, Flandern, Tyrol, Görz, und Gradiska, vermählte Herzoginn zu Lothringen, und Saar, Großherzoginn zu Toscana, Entbiethen allen, und Jeden unseren General-Lieutenanten, Feld-Marschallen, Generalen der Kavallerie, Obristfeldzeugmeistern, Feldmarschall-Lieutenanten, Obristwachtmeistern, Obristen, Obristlieutenanten, Obristwachtmeistern, Rittmeistern, Hauptleuten, Lieutenanten, Fähnrichen, und insgemein allen Kriegs-Leuten zu Ross, und Fuß, was Nation, Würden, Standes, oder Wesens die seyen, Unsere Königliche Gnad, alles Gutes, und geben Euch hiemit gnädigst zu vernehmen, daß Wir unseren bei dem in Italien stehenden Sclavonischen Sau-Strom Gränze Corpo zu bestellten Obristlieutenanten, und Lieben getreuen Joseph de Monaszterly auf sein allerunterthänigstes Bitten, und in mildester Betrachtung deren von Ihme

sowohl vorhin durch viele Jahre in der Gränz, als  
 nachmahls zu Feld in Welschland treu, eifrig geleist,  
 und annoch ohnermüdet fortsetzenden Kriegsdiensten, in  
 allen gegen den Feind vorgefallenen Unternehmungen  
 bezeugten distinguirten Tapferkeit, und bescheidenen  
 Aufführung, dann anderen besitzenden stattlich, und  
 rühmlichen Eigenschaften diesfalls auch von Unsern  
 Feldmarschallen Fürsten v. Lobkovicz ein so andersmah-  
 len eingelangten Gezeugnuß, anvorderist aber aus dem  
 in seine Person setzenden Vertrauen zu Unseren wirk-  
 lichen Obristen zu Fuß gnädigst ernennet, und decla-  
 riret haben. Befehlen derohalben Euch obbemelten  
 Allen, und Jeden unseren hohen, und niederen Kriegs-  
 Officiers, und gemeinen Soldaten zu Roß, und Fuß,  
 daß Ihr ermelten Joseph de Monaszterly hinführo  
 für Unseren wirklichen Königl. Obristen erkennen, und  
 zu aller Begebenheit also respectiren, und ehren, auch  
 sonsten Ihme allen guten, befördersamsten Willen, Vor-  
 schub, und Assistenz erweisen lassen sollet, hieran voll-  
 ziehet Ihr Unsern Gnädigsten Befehl, Willen, und  
 Meinung. Geben in Unserer Residenz Stadt Wienn  
 den Siebenzehenden Monaths Tag December in Sie-  
 benzehenhundert Vier und Bierzigsten Unserer Reiche,  
 in Fünften Jahre.

MARIA THERDSIA m. p.

Joseph Graf v. Harrach m. p.

(L.S.) Ad Mandatum Sacrae Regiae  
 Majestatis proprium.

Adam v. Weingarten m. p.

Reverendissime Pater,

Nobis honorande!

Quanquam tota Rasciana Gens, & cuncti ejusdem status Hungariæ Cives, (Incolæ) existentes, post jam iteratis vicibus extradata Nostra Patentia Mandata, perque eos percepta, ac ex iisdem ad Patriæ & Nationis Nostræ commune bonum directe tendente pio Nostro proposito abunde intellecto in præsentî communi causa fidelitatem Nostram amplectendo, armis, & omnibus apparamentis concurrere debuisset. Nihilominus neque hoc ad commune bonum tendens intentum Nostrum, neque, quod eadem mentionata belligera Rasciana Gens quoque, ac ejus universus ordo exoticæ Germanicæ Gentis illegite, & tyranicum jugum in se ipsis multifarie experiens curando, in patriæ; & proprio illorum antiquo legalis libertatis restabilimento, cum Hungara Gente cointelligenter, in hoc commune bonum tendente proposito Nostro suo concursu non ut coadjutorio Nobis fuisset, quin potius naturæ & Christianitati formidabilem crudelitatem exequendo, mulieres, & parvulos innocentes assare (cremare) & hamis injicere non formidassent, ac in hodiernum eidem Germano inimico (qui multifariis libertatibus non tantum privavit illos, verum inconstantibus, & coloratis variis promissis allicit) diversis præstationibus, & onerum supportationibus, ac aliis succursibus fidelem se continuo præbuit. Et licet si hujusmodi temerariam eorundem inobedientiam penes strictam Nostram justitiam voluissemus rependere,

ha-

habuissemus modalitatem, ut possessionatim depopulassetemus eos, maluimus nihilominus ultronee quoque Nationem eandem clementiæ nostræ exercitatione potius, quam crudelitate (tametsi præteritis diebus certarum possessionum combussione debuerit temerariæ, & horrendæ crudelitatis suæ pœnam solvere) ad amplectendam fidelitatem & clementiam nostram excitare, & stimulare, Dominationi Vestræ serio intimare volumus, quatenus ejusdem Rascianæ Gens omnis ordinis status, ob oculos ponendo eisdem, ab exotica Germanica gente multifarias perpessas illegales aggravationes, de clementia e contra Nostra in omnibus iis accipienda, & experienda affidando ad assumendam fidelitatem, & clementiam nostram, & in modernæ communis causæ adjumento ad concursum (transmittendo eisdem præsentis Nostras Patentales Litteras) adhortetur, illiciat & stimulet. In verbo (parolla) & fide Nostra Principali, offerimus, & promittimus, quod tam Dominatio Vestra, quam reliqui Status Ecclesiastici, quarumcunque facultatum amissione per Germanicam Nationem læsi, & damnificati, ac aliis etiam libertatibus spoliati, ita eadem etiam Gens Rasciana, ac ejus cujuscunque ordinis status offensi, et læsi, omnia illa clementer restituemus, et in illis conservabimus manutenebimusque, tam modo, quam etiam in futurum. Præterea vero Dominationi Vestræ pro fatigiis in præsentis negotio præstandis, viginti millia florenorum Hungaricalium absque omni defectu enumerari faciemus. Commisimus insuper præsentis comunis Boni

operationem fideli Nostro Perillustri Generoso Joanni Hellempont, qui secundum Instructionem sibi datam destinatam Rascianæ Genti Clementiam Nostram in omnibus abundantius etiam declarabit, & D. Vestram informabit. D. Vestræ responsum præstolabimur. Datum ex Castris Nostri ad Oppidum Gyöngyös positis die 6. Mensis Sept. Anno 1704.

Fr. Rakoczy m. p.

Joannes Papai m. p.

Intitulatio

Reverendissimo Patri Arsenio Csernovich Græci Ritus Archiepiscopo, & Gentis Rascianæ Patriarchæ (Titl.) Nobis honorando.

Augustissime Invictissime Imperator Rex,  
& Domine Domine Clementissime!

Perceptis benignis Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ Mandatis, quibus ad Generalem Regni Ungariæ Diætam inter reliquos ejusdem Regni & Partium eidem annexarum Status & Ordines, etiam Universitatis Sirmiensis, & Bachiensis districtuum comparere jubentur. Iis igitur benignis mandatis homagiali ex obligatione satisfacturi, duos ex singulo præfato districtu eo destinavimus, debite comparituros. Occasione autem ejusdem Generalis Diætæ sequentia Nationem Nostram concernentia puncta Majestatis Vestræ humillime præsentamus.

*Primo:* Siquidem jam Anno 1694. ea erat benignissima Augustissimi Cæsaris LEOPOLDI Majestatis Vestræ Genitoris Gloriosissimæ recordationis, mens et voluntas, ut Nationi Nostræ separatim excindi debuisset Territorium, ut A. quod autem eo tum effectui mancipatum non est, Majestas Vestra Sacratissima eatenus Clementissime providere dignabitur. Jam vero benignissime notum erit Majestati Vestræ Sacratissimæ, qualiter in nuperina per eandem ad Nationem Nostram facta Deputatione, per Universum Populum in Metropolitam Orientalis Ecclesiæ Ritus Græci, per Provincias Majestatis Vestræ unanimi omnium voto electus et publicatus fuerim: Ut itaque pro

*Secundo:* Ecclesia Nostra et Ecclesiastici, utpote ego Metropolita, Episcopi, Monasteria, & Parochi, in Metropoli Kruschendolensi (a qua omnes Nostri Episcopatus & Episcopi actuales etiam futuri, totaque Natio in Provinciis Cæsareo-Regiis ad victoriosam usque per gloriosa Vestræ Majestatis arma sedis Nostræ Patriarchalis Ippekienensis recuperationem dependere debeant) scilicet Sirmiensis & Essekiensis Districtus, cum eidem adjuncto Episcopatu Ienopolitano & Monasterio Gergetekiensi, & ad hoc spectantibus pago Neradin, & deserto Bankovacz, aliisque ejusdem appertinentiis vigore Donationis Majesta-

sta.

statis Vestrae Cancellariae Ungaricae, Anno adhuc 1691. mense Augusto clementissime elargitae, ex post 15. Octobris 1702. per Commissionem Cameralem, demum Anno 1706. die 18. Septembris, vigore sub A. acclusorum parium recenter confirmatae, & incluso oppido Daly, Borovo, Beloberdo &c. Cameraliter collato, cum appertinentiis aestimatis, post mortem meam, una cum tota substantia mea (quod etiam de Successore in Successorem intelligendum est) ad hanc fatam Sedem Kru-schendoliensem et Ecclesiam perpetuo et irrevocabiliter, Sede autem vacante, alter Metropolitae per Populum eligendus succedat, jam fatae Metropolis & dictarum appertinentiarum, ille per Populum & Nationem constituendus Episcopus Administrator esse. Praeterea si Metropolitam vita decedere contingat, ut is vivente adhuc Metropolitae, usque subsequituram Nationis Electionem constituendus, vigore solummodo Decreti Caesarei auctoritate sua, & Privilegiis Nostris jam emanatis & in futurum elargiendis potiri: deinde Episcopi in eorundem Episcopatibus, Callugeri in Monasteriis, & Plebani una cum suis domibus & familiis in suis Parochiis, usitata jam antiquitus de Ritu Nostro receptaque consuetudine in quocunque religionis & fidei Nostrae actu, visitatione Diaceseos, & perceptione abinde cedentium proventuum, ad mentem

tem etiam Privilegiorum Nostrorum (nemine quocunque & cujuscunque status huic obstare valente) liberam & ad instar Romanæ Ecclesiæ imperturbatam secundum Græcum Riturum Nostrum & in hoc receptum modum, auctoritatem & jus habere: neque Populus noster in Civitatibus, Oppidis, & Pagis, ad celebranda festa Romanæ Ecclesiæ & Processiones (cum per duplicia festa, præter diem Dominicalem, maximum Nationi Nostræ accrescat damnum, & taliter subsistere nequeat) compelli, sed Nostra sola, secundum vetus Calendarium absque ulla turbatione & impedimento celebrare possit.

*Tertio:* In casum (quod Deus avertat) si jam fata Metropolis Hosti cederet, liberam sibi ubicunque in Provinciis Majestatis Vestræ habitationem sumere, isque solus Episcopos Nostros, ab ipso solo & nullo alio dependentes, consecrandi plenitudinem habere: Episcopus e contra Episcopatum suum in vivis alteri cedere, donare, abalienare, aut etiam testari nullo modo contra Ritus Nostri consuetudinem et Metropolitæ Auctoritatem, neque sine habitis super consecratione ejusdem aut etiam alterius cujuscunque Ecclesiastici Metropolitæ Patentibus, confirmari possit. Quod autem si ex sinistra contingeret informatione, nullius sit vigoris,

*Quar.*

*Quarto:* Si vero Metropolitam, Episcopum quempiam, aut Ecclesiasticum Nostrum Romanæ Ecclesiæ se unire contingeret, talis ipso facto Metropoli Episcopatu et officio suo (ad avertendam inter Populum et in Ecclesia Nostra confusionem) privetur. Populoque alium Metropolitam, & Metropolitæ alium Episcopum, aut Ecclesiasticum propria Authoritate fas sit eligere.

*Quinto:* Ut Militares Officiales & Milites Nostri, affulgente Pace, in Characteribus et dignitatibus suis conserventur, iisdemque de ulteriori persistencia (ne ad rusticitatem adigantur) benignissime provideatur.

*Sexto:* Ut non minus Nobiles et Cives Nationis Nostræ in Comitatibus & Civitatibus Regiis, adinstar Germanorum & Ungarorum promovendi, & ad Congregationes, Senatusque cum libero Ecclesiæ Religionisque eorundem Exercitio, intuitu tantorum pro Regno, per eandem Nationem præstitorum Servitorum, Sanguinisque effusionis, & familiarum Nostrarum perditionis, promiscue accipiendi admittantur. Neque ullius ex Nostris cujuscunque Status, & ubicunque degens, in quibuscunque occurrentiis, præ Germano aut Hungaro magis aggravari permittatur. Neque Mercatores Nostri Nobiles aut Ignobiles, ad majorem Germanis & Ungaris exsolutionem Tricesimæ aut Telonii adstringantur.

*Septimo*: Quod si contingeret Incolas cujuscunque Loci Nationis Nostræ cum Dominis suis Terreſtribus Contractus Arendatitios ini- re, ut in iisdem irrevocabiliter conſervari de- beant: ne tales Contractus Arendatitios, bo- na fide initos, ex poſt in maximum Incola- rum detrimentum, aut revocatos, aut eodem aggravatos experiri debeamus.

*Octavo*: Ut ad Publicas Regni Ungariæ Diætas, & partium eidem annexarum, Natio quoque Noſtra vel in perſonis Prælatorum & Baronum ſuorum invitetur, ſedemque in illis & vocem habeat; Quemadmodum anteriori- bus temporibus, quibus necdum eas Regio- nes Turca occupaverat habuiſſe dignoſcun- tur; ubi Raſciæ Despotus inter primarios Sa- cræ Coronæ Hungariæ Barones cenſitus, *per Litteras proprias Procuratorem conſtituendi fa- cultatem habuit*: teſte Part. 2. lit. 13. idemque *Despotus cum Viris Eccleſiaſticis Banderiatis exercituare, ſeu militare tenebatur cum Huſſaro- nibus mille*, Uladis. dec. 3. Art. 22. Anni 1498. Ut nullum omnino dubium ſit, ſtabiles, am- plasque eundem Despotum & Nationem ſuam Raſcianam in Ungaria et Slavonia habuiſſe poſſeſſiones. Extant innumera Scriptorum, Hiſtoricorumque non Nationalium duntaxat, ſed vicinorum Auſtriacorum (uti Wolffgangi Laczy, & ejuſdem ævi Scriptoris Thomæ Ebendorffy) omni exceptione majora monu-  
men.

menta; quod Georgius Rasciæ Despotus Albam suam Civitatem, vulgo Belgrad, communiter alba Græca dictam, pro multis aliis Castris, Civitatibus & Oppidis in Slavonia et Ungaria existentibus, cum Alberto II. Romanorum Imperatore ac Ungariæ Rege, felicitis reminiscentiæ, concambiarit; quæ diligens Mathiæ I. Ungariæ Regis Historicus Antonius Bonfinius inter alia hæc recenset *Zalankamen, Beckiem, Kelpen, Vilagosvarum, Tokajum, Munkacsam, Thallian, Regeczum*: *Oppida vero Zattmar, Bezermen, Debreczin, Thurvasan & pleraque alia; Budæ autem Magnificas ædes, quæ Regiæ loco haberi potuissent, eademque Maurus Orbinus Patritius Ragufinus, Abbas Melitæ, Joannes vero Leunclavius & plerique alii commemorant. Quin et ipse Albertus Aug. Decr. 6. Art. 35. affirmat; Quod Despotus Rasciæ Dominia vel Possessiones, Castra, Fortalicta, Civitates, Oppida & alia bona, in hoc Regno habuerit & possederit. Ex his probabile omnino est; quod in similibus Regni Diætitis Nationales quoque Nostri Sedes suas de caractere & officio eisdem competentes, occupaverint. Quod ipsum autem, si aliquo tempore, ob habitam majori ex parte per Turcas Ungariæ possessionem, non observatum fuisset: jam vero cum Populus Noster tantorum millium animarum in Hungaria eidemque annexis partibus stabilitus esset: rogamus*

hu.

humillime; Ut Nobis, aliunde etiam per se Regnicolis sedes tum Ecclesiastico, cum Sæculari Statui de competentia officii eorundem, in quibuscunque Regni Diætis in perpetuum concedatur; ut eatenus Privilegiis & Juribus Nostri ibidem obveniendis invigilare valeamus.

*Nono:* Ut liberum ubique Religionis Nostræ exercitium, ad instar aliarum in Ungaria, Partibusque eidem annexis diætaliter resolvatur, & articulariter observandum mandetur, permittaturque, ut inter Nos Ecclesiasticos & Sæculares juxta morem nostrum & antiquam consuetudinem liberam (occurrente quotiescunque necessitate) congregationem instituere et habere valeamus.

*Decimo:* Ut Populus Noster vigore Patriæ legum utpote Math. decr. 5. Art. 3. & 4. Vlad. decr. 2. Artic. ult. & Privilegiorum Nostrorum antiqua & Articulariter recepta decimarum immunitate (quæ Decimæ Ecclesiæ & Clero Nostro cedere debeant) gaudere possit.

*Undecimo:* Ut Privilegia Nostra, per Divum Majestatis Vestræ Genitorem Sanctæ recordationis, Nationi Nostræ Anno 1690. die 6. mensis Aprilis, & 25. Augusti, per intimam Cancellariam, & per Ungaricam Anno 1690. 11. Decembris, Anno 1691. 20. Augusti, & Anno 1695. 4. Martii per Cameram vero Aulicam 1695. die 10. Septembris collata, & re-

cen-

center per eandem Anno 1706. clementissime confirmata, & hisce sub B. C. D. E. F. G. adjacentia, articulariter, una cum jam impetrandis, in simul, absque omni clausula, non tantum recipiantur, verum de puncto infallibiliter in punctum et sub gravi animadversione Regia observari demandetur.

Pro quorum omnium benignissimo effectu intuitu tantorum Nationis Nostræ Majestati Vestræ fideliter & semper constanter præstitorum & in perpetuum præstandorum servitiorum demississime imploro, & cum tota Natione emorior.

Sacratissimæ Cæsareæ Regiæque Majestatis  
Vestræ

Humillimus perpetuoque fidelis  
Subditus & Capellanus

Isaias Diakovich Metropolita

Rascian. & Cæsareus Consiliarius.

4. Januarii 1708.

Ad

Augustissimum Invictissimumque Imperatorem  
Regem, & Dominum Dominum Cle-  
mentissimum

Humillima Instantia Isaiaë Diakovich  
Metropolitæ Orientalis Ecclesiæ Ri-  
tus Græci, & Cæsarei Consiliarii.

Pro introfertis Gratiis Benignissime im-  
pertiendis,

Sa.

I. *Дипломы Фамиліи Рашковича.*

Sacræ Cæsareæ Regiæque Hungariæ ac Bohemiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, Nomine &c. Universis & singulis cujuscunque Status, Gradus, Ordinis, Conditionis, aut præeminentiae existant, tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus Magistratibus, nec non utriusque tam Equestris, quam Pedestris Ordinis militibus præsertim vero Knezibus, seu Nobilibus ex Districtu Starivlach in Bosnia, hisce benigne significandum: Prælibatam Sacram Cæsaream Regiamque Majestatem perbenigne intellexisse demissam & Zelosam animorum promptitudinem mentionatorum Knesium seu Nobilium medio humillimi memoriæ factam & repræsentatam, ea propter eosdem Nobiles Starivlachenses in gratiam, & protectionem Suam Cæsaream Regiamque suscepisse, & acceptasse, nec non omnes & singulos eorum in suis Juribus, & Libertatibus conservandos clementer resolvisse, non dubitando, quin iidem Nobiles de amplioribus Cæsareis Regiisque gratiis hisce securi a modo enixe adlaborabunt, a jugo Turcico se plene liberare, & Ottomanos infensissimos Christiani nominis hostes ubique locorum persequi, sicque se fideles Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis subditos in omni occasione exhibere. Proinde alte memoratæ Suæ Majestatis Nomine omnes & singuli benevole requiruntur, cæteris vero militibus, &

subditis serio iniungitur, ac demandatur, quatenus suprafatos Nobiles Starivlachenses veluti fideles Suæ Majestatis subditos tractent, habeant, & foveant, nulla injuria afficiant, aut affici patiantur, sed potius eosdem protegant, & in Juribus imunitatibusque suis defendant, & manuteneant; Executuri in hoc alte dictæ Majestatis Suæ Cæsareæ, ac Regiæ omnimodam Voluntatem, atque mandatum. Dabantur Viennæ die Vigesima Nona Mensis Aprilis Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Nono.

(L.S.) Ex Consilio Bellico Die &  
Anno ut supra

Christophorus v. Dorsch.

Joannes Adamus Wöber.

II. Wir LEOPOLD von Gottes Gnaden Erwählter Römischer Kaiser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Böhheim, Dalmatien, Kroatien, und Slavonien König, Erzherzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund, Steyer, Kärndten, Krain und Wirtenberg, in Ober- und Niederschlesien, Marggraf zu Mähren, in Ober- und Nieder-Lausniß, Graf zu Habschpurg, Tyroll, und Görz, &c. &c. Entbieten N. Allen und Jeden unseren General-Lieutenanten, Feldmarschalen, Obristfeldzeugmeistern, Generalen über die Kavalerie, Feldmarschall-Lieutenanten, Obristfeldwachtmeistern, Obersten, Obristlieutenanten, Obristwachtmeistern, Rittmeistern, Hauptleuten, Lieu-

tenanten. Fendrichen, Wacht- und Quartiermeistern, Feldwebeln, Fouriren, und insgemein allen unsern Kriegsleuten, zu Ross und Fuß was Nation, Würden, Standes, oder Weesens, die sind, als auch allen und jeden Zufuhr- Einlogir- Quartirungskommissarien, so dieser Zeiten vorhanden, oder inskünftig verordnet werden möchten, Unsere Kais. Königl. Gnade und alles Gutes, und geben Euch hiemit gnädigst zu vernehmen, daß wir auf allerunterthänigst gehorsamstes Bitten, und aus sonders bewegenden Ursachen, unsern Lieben getreuen Joannis und dessen Gesbrüder Moyses, Elias und Michael Raskowich Knezen vel Comitum et Dominorum Terrestrium Districtus Starivlachienensis in Servien, und Hungarn angehörige Residentien, Güter, und Eigenthümer in Unser Kaiser- und Königl. Glaidt, Schutz und Schirm gnädigst an und aufgenommen, auch von Eigenmächtiger Einlogir- Einquartierung, und andren dannenhero rührenden Kriegsbeschwerlichkeiten, all Unserer Kais. Armada zugethanen Volks, unter was Comando und Direction solches auch jetzt und künftig seyn möchte, gänzlichen und allerdings Eximirt und befreyet haben. Befehlen derohalben hierauf Euch allen samt und jeden Insonderheit, bevoraus denen verordneten Quartirungskommissarien, Quartiermeistern, und Fouriren, daß Ihr berührte Residentien, Güter und Eigenthümer, samt allen derselben Inwohnern und Appertinentien bey unausbleibender, unnachlässiger höchster Straf (außer unserer gemässener Verordnung und Befehl) ganz unperturbiret, unmolestirt- und Quartierfreg

frey verbleiben lassen. Die Inwohner mit eigentmächtigen Exactionen, Geldschätzungen, oder in andere Weeg nicht beschwähren, Ihnen Ihr Groß und Klein, Reich, Ross, Wagen, Getraid, Wein, Bier, Victualien, und alles anderes, wie das immer genennet werden mag, weder mit Gewalt, noch sonst hinwegnehmen, einige Ungelegenheit, Beschwerd oder Schaden mitzufügen, noch anderen Solches zu thun verstaten, sondern Euch defß allen bey vorbemeldter unachlässiger Straf gänzlichen enthalten, und wieder dieser unseren gemässenen Willen- und Meynung auch defßwegen ertheilten Salva Guardia nichts vornehmen, ja vielmehr Selbiger würklich nachleben, und dannoch mehr ernannte Residentien, Gütter, und Eigenthümer, wie auch alle Inwohner in allen Fürfallenheiten, darbey Schützen und Handhaben sollet; das Meynen und Wollen Wir ernstlich bey Vermeidung Unserer Ungnad, und unausbleibender höchster Straf, auch Erstattung alles verursachenden Schadens. Und wird hieran unser gnädigster, auch ernstlich gemessener Befehl, Willen und Meinung vollzogen. Geben in unserer Stadt Wien den dritten Monatstag July, in Sechzehen Hundert Ein und Neunzigsten, Unserer Reiche des Römischen in drey und dreyßigsten, des Hungarischen in Sieben und dreyßigsten, und des Böhmischen in Fünf und dreyßigsten Jahr.

LEOPOLD.

387. v. Starnberg (L.S.)

Anno 1692. die 24. Mart. publicatæ sunt Præsentes  
Sux Majestatis Sacratissimæ Privilegiales et Pro-

tec-

tectionales in Generali Congregatione Comitatus  
in inferiore Civitate Strigoniensi celebrata.

pr. me Michael. Nidiczky

Strigon. Comitatus Notar.

Ad Mandatum Sacrae Cæsareæ  
Majestatis Proprium.

Christoph Dorscheng.

Johann Adam v. Wöber.

Nos LEOPOLDUS Divina favente Cle-  
mentia Electus Romanorum Imperator sem-  
per Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bo-  
hemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Slavoniæ  
Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ,  
Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Würtem-  
bergæ, Superioris & Inferioris Silesiæ, Mar-  
chio Moraviæ, Superioris & Inferioris Lusa-  
tiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, & Goritiæ  
&c. Universis & singulis Nostris Generalis lo-  
cumtenenti, Campi Marechallis, Generalibus  
Equitatus, Supremis Rei Tormentariæ Præ-  
fectis Marechali Locumtenantibus, supremis  
Campi vigiliarum Præfectis, Colonellis eo-  
rundem Locumtenantibus, Supremis Vigilia-  
rum Præfectis, Capitaneis, eorumque Lo-  
cumtenantibus Vexilliferis, Decurionibus,  
Quarteriorum Magistris, & aliis quocumque  
militari officio, sub hisce modernis, & futu-  
ris expeditionibus bellicis fungentibus, cujus-  
cunque nationis, status, gradus, ordinis. di-

nitatis, & præeminentiæ existant, itemque exactionum Commissariis deputatis, aliisque quocunque nomine & titulo appellentur, præsentes nostras visuris, lecturis, aut legi audituris salutem, & gratiam Nostram Caesaream, ac Regiam, & omne bonum, significamus Vobis benigne, Nos ex certis relevantibus Rationibus, atque motivis, Fidelium Nobis dilectorum *Joannis* ejusque Fratrum *Moyfis: Eliæ, & Michaelis Raskouich* Knesium vel Comitum Dominorum terrestrium districtus Starivlachiensis in Serbia, & Hungaria sitatas Residentias, & possessiones una cum Incolis, aliisque omnibus appertinentiis, quibuslibet mobilibus, & immobilibus, quomodocumque nominatis, rebus nullis exceptis, in Nostram Caesaream ac Regiam protectionem, et tutelam recepisse, & ab omni violento quarterio, exactionibus aliisque inde promanantibus difficultatibus, mollestiis inquietationibus, impetitionibus, omnium & singulorum Nostrorum Equestris & Pedestris ordinis militum, sub cujuscunque directione, & ductu versentur benigne exemisse. Vobis itaque universis, & singulis supra nominatis harum serie firmissime mandantes quatenus sub fide, & juramento, quo Nobis obstricti estis, a modo nullus deinceps vestrum supradictorum *Joannis Raskovich*, ejusque Fratrum Residentias, & possessiones earumque Incolas ac earum appertinentias neque  
per

per se, neque per Quarteriorum Comissarios, aut ullos alios, sub quovis praetextu, erga expressam Nostram ordinationem, & mandatum accedere, aut descensum facere, sive Incolis in iisdem locis commorantibus aliqua victualia, equos, boves, aliaque majora, & minora pecora, & caeteras res, qualescunque invitis ipsis ac nolentibus adimere vel auferre, aut quovis alio modo eosdem Domi vel foris, exactionibus, & contributionum impositionibus, damnificare, ullo modo praesumat, sub gratiae Nostrae Cæsareæ, & Regiæ amissione, gravique pœnae luitione, ac illati damni restitutione, sed praefatorum Fratrum *Raskovich* residencias, & possessiones earumque incolas, & appertinentias, omnimode tueri, & has ideo datas Salvae-Quardiae litteras condecenter respicere, & revereri sciant, ac debeant. In quo Nostram benignam voluntatem, & serium mandatum executuri. Dabuntur in Civitate Nostra Viennensi, die septima Mensis Junii, Anno millesimo, sexcentesimo nonagesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani trigesimo quarto, Hungarici trigesimo septimo, Bohemici vero trigesimo sexto.

LEOPOLDUS.

Graf v. Starenberg.

(L.S.) Ad Mandat. Sac. Cæs. Majest. propr.

Christophorus Dorsch.

Joannes Adamus Wöber.

Nos JOSEPHUS Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, & Slavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Superioris & Inferioris Silesiæ, Marchio Moraviæ, Superioris & Inferioris Lusatiae, Comes Habsburgi, Tyrolis & Goritiae &c. Univerſis & ſingulis Cæſarei Noſtri Exercitus Generalibus, Tribunis caeterisque omnibus ſubalternis Officialibus, ac militibus, cujuſcunque Gradus, Dignitatis, & Conditionis exiſtant ſalutem & gratiam Noſtram Cæſaream, ac omne bonum, Vobis benigne ſignificantes. Poſteaquam Cæſarea Noſtra Clementia, ac Armo- rum Noſtrorum contra noſtros hoſtes juſtitia exigant, ut illi, qui bellicae virtutis laude, & inſigni pro comunis cauſae incrementis fervore inclareſcunt, meritis officiorum præmiis exornentur. Idcirco nos benigne conſiderato egregio zelo Fidelis Nobis dilecti *Hadia Moyſis Raſkovich* pro promovendis Noſtris, ſervi- tiis præſertim invaleſcente modernarum in Noſtro Hungariæ Regno perduellionum motu fidelliter exhibito, nec non nacta in rebus bel- licis ſingulari experientia eidem colonellatus characterem cum præerogativa militari vulgo Rang Hungariæ, Croatiae, Raſcianae, Sla- voniæ, ſimilique nationali militiae omnimode  
aequa-

aequali, ad Germanicas tamen copias haud extendenda contulisse. Vobis proinde prae-recensitis omnibus, quatenus antememoratum *Hadia Moysen Raskovich* pro Nostro Slavoniae nationalis militiae Colonello existimetis serio demandantes, reliquis vero sub mox dicta ei concredita militia existentibus Officialibus, & gregariis firmiter praecipientes, ut eundem non solum tanquam Collonellum debite agnoscat, ac honoretis, sed et in omnibus, quaecunque ipse pro servitiis Nostri militaribus promovendis de tempore in tempus Vobis praeceperit, promptum, ac condecentem morem geratis, dictante ita in veterata bellica consuetudine, ac fidelium militum obligamine, neque secus facturi. In eo quippe benignam Nostram Voluntatem, & serium mandatum executuri. Dabantur in Civitate Nostra Viennensi die octava Mensis Iulii Anno millesimo, septingentesimo septimo Regnorum Nostrorum Romani decimo octavo, Hungarici vigesimo, Bohemici vero Anno tertio.

JOSEPHUS.

Leopold Gab. Herberstein.

(L.S.) Ad Mandatum Sacrae Caes.  
Majestatis proprium.

Joannes a Tiell,

Nos

Nos CAROLUS divina favente Clemen-  
 tia Electus Romanorum Imperator semper  
 Augustus, Germaniae, Hispaniarum, Hunga-  
 riae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sla-  
 voniae, & Serbiae Rex, Archidux Austriae,  
 Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Car-  
 nioliae, Wirtembergae, Superioris & Inferio-  
 ris Silesiae, Marchio Moraviae, Superioris  
 et Inferioris Lusatiae, Comes Habsburgi, Ty-  
 rolis, & Goritiae &c. Universis, & singulis  
 Caesarei Nostri Exercitus Generali Locumte-  
 nenti, Campimareschallis, Generalibus Equi-  
 tatus, Supremis Rei Tormentariae Praefectis,  
 Campi Mareschalli Locumtenentibus Supre-  
 mis Campi vigiliarum Magistris, Tribunis,  
 caeterisque omnibus Officialibus ac militibus  
 cujus gradus, dignitatis, et conditionis exi-  
 stant salutem, & gratiam Nostram Caesaream,  
 ac omne bonum. Vobis benigne significan-  
 tes. Posteaquam Caesarea Nostra Clementia,  
 armorumque Nostrorum contra hostes Nostros  
 justitia exigunt, ut illi, qui bellicae virtutis  
 laude, ac insigni pro communis causae incre-  
 mentis fide, & fervore inclarescunt, promeri-  
 tis officiorum praemiis, & gloriae encomiis  
 exornentur, idcirco Nos benigne considerato  
 egregio zelo ac devotione fidelis Nobis dilec-  
 ti *Athanasii Raskovich* in promovenda servitii  
 Nostri ac Reipublicae commoda, utpote quibus  
 motibus unice ductus mox exorto ante biennium

contra

contra communem Christiani nominis hostem gravi bello, relicta omni sua substantia, ac quatuor districtibus in hostico, ejusdem directioni sub titulo illorum Palatini concreditus una cum mille quingentis Suae Nationis Equitibus, & Peditibus ad partes Nostras se contulit, ac Campo Nostro in Novipazar eo tum existenti se, sociavit, praestitis deinde cum ingenti suorum sanguinis effusione strenuis servitiis, hisque non obstante tot familiarum in captivitate Turcicam abductione congregato iterum novo populo in superioris abhinc anni expeditioni bellica continuatis, nec non eadem in futurum quoque prosequendi gestienti fervore, perpetuis itidem tum eximiis familiae suae meritis, quum & propriis conspicuis animi dotibus praestanti fortitudine bellica, & nacta in rebus militaribus experientia eundem ad actualem collonellatus Nostri gradum penes dictam militiam clementer elevasse; Vobis proinde supra recensitis omnibus & singulis Exercitus Nostri Generalibus, caeterisque Officialibus, & militibus serio demandantes, quatenus praefatum *Athanasium Rashovich* omni humanitatis, & benevolentiae affectu prosequentes pro Nostro actuali Nationalis militiae colonello omnimode habeatis, & existimetis, ac in reliquo benignam Nostram in omnibus, quae muneri huic conexas sunt, aut obtingere possunt, praerogativis atque beneficiis

erga

erga eum expleatis Voluntatem; In quorum majorem fidem has quoque patentes manu Nostra subscriptas, ac majori, & Secretiori Sigillo Nostro munitas dedimus in Civitate Nostra Vienna die decima quinta Mensis Martii Anno millesimo septingentesimo trigesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani vigesimo octavo, Hispanicorum trigesimo sexto, Hungarici, & Bohemici etiam vigesimo octavo.

**CAROLUS.**

Josephus Comes ab Harrach.

(L.S.) Ad Mandatum Sacrae Caesareae Regiaeque Catholicae Majestatis proprium.

Aug. Thom. n. D. de Wöber.

Wir MARIA THERESIA von Gottes Gnaden  
 Römische Kaiserin, Wittib, Königin zu Hungarn,  
 Böhheim, Dalmatien, Kroatien, und Slavonien,  
 Erzherzoginn zu Oesterreich, Herzoginn zu Burgund,  
 Großfürstinn zu Siebenbürgen, Herzoginn zu Mailand,  
 Parma &c. gefürstete Gräfinn zu Habsburg, zu Flan-  
 dern, zu Tyroll &c. Verwittibte Herzoginn zu Lothrin-  
 gen und Saar, Groß-Herzoginn zu Toscana, &c.  
 Entbiethen N. allen, und jeden unseren Generallieu-  
 tenants, Feldmarschallen, Generaln der Kavallerie,  
 Obristfeldzeugmeistern, Feldmarschall-Lieutenants,  
 Feldwachtmeistern, Obristen, Obristlieutenants, O-  
 bristwachtmeistern, Rittmeistern, Hauptleuten, Lieu-  
 tenants, Fähnrichen, und insgemein allen Kriegs-  
 leuten zu Ross, und Fuß, was Nation, Würden,  
 Standes, oder Wesens die seynd unser Kais. Königl.  
 Gnad, alles Gutes, und geben Euch hiemit gnädigst  
 zu vernehmen, daß wir unserem bey dem Peterwardei-  
 ner Infanterie-Regiment bestellten Obristlieutenants,  
 und lieben getreuen Alexander Raskovich auf dessen  
 allerunterthänigstes Bitten in gnädigster Rücksicht seiner  
 unserem Durchlauchtigsten Erzhaus von Oesterreich  
 durch vielle Jahre mit ganz besonderem Eifer, und  
 Treue geleisteten Nutz, und ersprißlichen Feldkriegs-  
 diensten, dabey in allen Vorfällen bezeugter stand-  
 hafter Tapferkeit, besitzender Vernunft, Geschicklich-  
 keit und stattlicher Kriegserfahrenheit, dann anderer  
 Ihme beywohnenden rühmlichen Eigenschaften, folg-  
 bar aus dem in dessen Person setzenden guten Vertrauen  
 zu unseren Kais. Königl. würklichen Obristen allermil-  
 dest

dest ernennet. und erhoben haben; Befehlen derothal-  
 ben euch obbemelten allen, und jeden unseren Hoch,  
 und niederen Kriegsofficiers und gemeinen Soldaten  
 zu Rosß, und Fuß, daß ihr ermelten Alexander Ras-  
 kovich hinführo für unseren würklich Kais. Königl. O-  
 bristen erkennen, und zu aller Begebenheit also respec-  
 tiren, und ehren, auch sonstn ihme allen guten, be-  
 fördersamen Willen, Vorschub, und Assistenz erweisen  
 lassen sollet, hieran vollziehet ihr unseren gnädigsten  
 Befehl, Willen, und Meinung: Geben in unserer  
 Residenzstadt Wien den Sechzehnten Monatstag Juny,  
 in Siebenzehnhundert, Sieben und Sechzigsten Unse-  
 rer Reiche in Sieben, und Zwanzigsten Jahre.

MARIA THERESIA.

Moriz Graf v. Lacy.

(L.S.) Ad Mandatum Sacrae Cæsareo  
 Regiæ Majestatis proprium.

Stephan v. Kohr.

НисѢ Римскаго Цесарскаго, и у Ишпаніи, Унгарій,  
 Бохемій Кралевскаго Величанства тайни Совѣш-  
 никѢ ГенералѢ ВелшѢ-МаршалѢ ГубернерѢ у Вилип-  
 спургу оберщерѢ наредномѢ ПешачкомѢ Регемен-  
 томѢ, и заповедаюки ГенералѢ у Кралевству Ун-  
 гарскомѢ.

Дас назнанѢ свакому Чловеку како нихѢ Цесар.  
 Велич. превисока воля и наумѢне шамо иде за са-  
 дашне

дашне съ Турцыма размерице Християномъ не само Католичанскаго него и Греческаго Закона свакому милоссть Крыло и покровъ даши, коесе дакле совимъ отворенимъ писмомъ на знанъ дае, да они поглавари и Кнезови отъ Села и Община кои речене превисоке милоспи деоници биши, и поднихъ превисоко реченогъ Цесарскогъ Величества Крыли побегнути мисле безъ сваке сумне до мене доѣи, и шакоѣе радиши пражеѣегъ Крыла на ближе моѣи разумети. По-неже нима не само Салва - Гвардию Обричемъ, но и онима, кои са своима Куѣама и добромъ на нихъ Цес. Крал. Велич. спрану преѣи кшели буду цело Крыло, и Прошекцию обеѣавамъ, акосе само шакови Подложници подъ мене каконое подобно прекажу; за кое свехъ скупа верно, и особитимъ начиномъ понуѣуемъ дабы речену прошекцию, и Салва - Гвардию у време радили добавиши. Ерѣ хоѣе они, кои за шакову неуехашали него ю обленили, или общему неприятелю следиши буду, еднаго каконо неприятели позрени, и по испи начинъ держани биши покомуѣе дакле свакъ собомъ знаши управляши. Дато у Табору кодъ Пазарчика 19. Јула 1737.

(L.S.) Грофъ Секендорфъ.

(L.S. Печать отъ дома Государей Рашковичъ.

(L.S.) Печать Епархій и владычества Земли Государей Рашковичъ.

Свидѣтельство истинно.

Мы ниже именовани и подписани, со симъ нашимъ и отъ насъ даннымъ писаціемъ отвореннымъ

до.

достоинно . вѣрнѣ, и по нашей чистой, и Хрістіанской совѣсти свидѣлствуемо, копорое на всякомѣ мѣсту показанію може, да Рашковиѣя Фамиліа отѣ древныхѣ Князей и Владѣтелей Сербскихѣ происходятъ, и да исша Фамиліа по изгубленіи Кралевства Сербскаго подѣ Деспотами Нашими, всею Расією отѣ време на время владѣли и повелители были, даже до Турскаго всецѣлаго Нашесшвія и подчиненія земляхѣ Княжество же сіе походитъ отѣ востока отѣ Града Свечана суца на рѣцѣ Сипницѣ и Ибру, и ведешѣ предѣли своя граничне до Княжества Свяшаго Лазаря, даже до Града Миглича суца на рѣцѣ Ибру отѣ Полунощія страны, отѣ полуднеже дѣлится Княжествомѣ Скендерійскимѣ, и раздвоеними Горами великими, отѣ неяже происходитъ выше писаная рѣка Иберь, идѣже отѣ Турковѣ недавно построены Городокѣ зовомій Рожай, отѣ западаже дѣлится Княжествомѣ Херцеговине рѣкою текущею зовомою Лимъ, изходящею отѣ Скендеренскаго Княжества, яже водитъ въ рѣку Дрину: отѣ полуднеже дѣлится горами великимѣ Княжествомѣ Бѣлградскія державы. Внутерь же Княжества сего Россійскаго былѣ Городичѣ Бервеникѣ, но отѣ Турковѣ разорены, вшороже мѣсто было Торговище Шлосѣ и домѣ первый Рашковиѣя, якоже и нынѣ стѣны его стоятъ при рѣцѣ Рашки, еже Турцы разорили, и въ мѣсто его построили другое мѣсто еже назваша Новы-Пазарѣ; таже: скоро въ лѣтѣ 1688. и 1702. городѣ стенами созидаша, прешіеже мѣсто было на рѣцѣ Лима зовомое Кришово которымѣ Княжествомѣ како до времена Хрістіанскихѣ державахѣ, тако и по нахожденію Турецкомѣ домѣ Князей Рашковиѣя владѣли, Турское же поданство оуцекѣ издавали до лѣ-

та 1679. и тако свою державу имѣли и хранили есу, а по томѣ егда Михаилъ, Іліа, Мойсей, и Іоаннъ сыны Хажи Арсенія названія суще, на позиванія Римскаго Кесаря ЛЕОПОЛДА съ вѣдшею частію своею Княжества народомъ изъ Сербскія земли изишли, оставше вся своя, въ Цесарію спутили, тогда Турцы владѣнія сія Княжества Рашковиѣя, како и Грунше себи усвоили, и иначе на владѣнія раздѣляли. Истомже Князь Братулъ Рашковичъ, а сынъ Александра отъ рожденнаго Брата Хажи Арсенія, узрѣка ради того, что выше именованіи Рашковиѣи прошиву Турковъ войну шворили и измениками спалися у году помянутому немогли получиши прежде его бывшихъ Братій державы, и власти: Но древняго ради Благородія ихъ четвертая часть земель Россійскихъ, яже называется Старій Влахъ даровася, обаче за болшее окрещеніе Турцы, и тако построили въ той странѣ крѣпость малую, яже называется Сенице, и своими заселили, и со шимъ Князь Братулъ Рашковичъ, таже и сынъ его Г. Аѳанасій Рашковичъ до лѣта 1737. владѣлъ; въ томже Градѣ егда паки съ Турками рать спался, гдѣ сынъ Братулинъ отъ Рашковичъ Г. Аѳанасій Палатинусъ Россійскій на позваніе КАРОЛА VI. не съ малымъ воинствомъ отъ здѣ изъ Сербскія земли и предѣли Старо-влашкія своя владѣнія оставити принужденъ бывъ въ Цесарскія предѣли спутиши:

Кое све горе реченная на закшеваніе Г. Александра отъ Рашковиѣя, а сыны отъ помянутаго Г. Аѳанасія отъ Рашковичъ Князя Россійскаго болшаго вѣроятія и крѣпости ради свидѣтелствую-

мо да самъ Г. Александеръ отъ Рашковичъ въ Цесарій сушь естъ, отъ правія кровы и лози древныхъ Рашковиѣвъ произходя на коехъ свиехъ свидѣшелствованное писаніе за Ваше вѣрованіе отъ Насъ даемъ, и своеручнымъ писаніемъ съ подписомъ и печати положеніемъ сопошверждаемъ. Данно въ Новомъ - Пазарѣ мѣсяца Августа 1763. года.

Божіею милосшію православный Архі-Епископъ  
Петскій и всѣхъ Сербовъ и Болгаровъ,  
и цѣлаго Іллурика Митрополитъ и Па-  
триархъ: Василій Іоанновичъ (L.S.)


(L.S.) По выше означеномъ свидѣшелствую  
святыя Горы Хилендарскія обитали Ар-  
хімандритъ Елисей родомъ Рассіанинъ.

Смиранный Митрополитъ Россійскій  
Евспатій Б. П.

(L.S.) Свято Успенскія Спудениче-  
скія великія Лавры смиренный  
Архімандритъ Константинъ, и Ігу-  
менъ Рувимъ.

(L.S.) Свято Тройческія обитали Де-  
чанскія смиренный Ігуменъ Заха-  
рій Ново - Пазарскій Протопрес-  
виперъ Андрей Николаевъ.









БИБЛИОТЕКА МАТИЦЕ СРПСКЕ

Р18СР II 53.1